
SACRORVM BIBLIORVM
IVXTA EDITIONEM
SEV
LXX. INTERPRETVM
SEV
B. HIERONYMI
VETERES. TITVLI
SIVE
CAPITVLA
SECTIONES. ET. STICHOMETRIAE
ex maiore parte ante annos mille
in Occidente vsitata



vna cum antiquis Prologis, Argumentis &c. è MSS.
Codicibus prompta; nuncque primùm edita
studio, curaque Ios. M. Cari Presbyteri Theologi.

PARS. PRIOR

Vetus Testamentum complectens: vbi etiam Libri Esther & Baruch
secundùm Veterem Latinam Græci Textus Interpretationem
ex MS. Codice exhibentur.





ROMÆ, Ex Typographia Hæredd. Corbelletti. M.DC.LXXXVIII.
SVPERIORVM. PERMISSV

PRAEFATIO



VM Vrbis Archiua, Bibliothecasque sæpiùs olim adirem, vt vetera Ecclesiastica monumenta requirerem, in sacros Bibliorum Codices manu descriptos animum cum primis intendere operæ pretium existimaui. Itaque illorũ aliquos dum perpenderẽ, pleraq; scitu dignissima inibi latere deprehendi, quæ ad mei instructionem, aliorumque aliquando eruditionem, vt mihi exscriberentur iam tum curaui. ea quo minùs antea diuulgarim, inter alia multa, animi mei in res alias distentio in causa fuit: at demum tandem ne diutiùs penes me occulerem ea, quibus de pijs eruditisque Christianis benè mererem; editioni me accinxi: de qua impræsentiarum aliquid vel breuiter præfari mihi necessitas incumbit.

Quæ igitur ex Bibliorum Codd. MSS. excerpsi, Tituli sunt Veteres siue Capitula Diuinorum Librorum, Sectiones item priscæ sacri Textus, & summariæ Versuum enumerationes cuiusq; libri, præter antiquos Prologos, Argumenta &c. quæ in vsu olim erant apud maiores nostros. Res sanè nec in postremis habendæ, nec satis pro dignitate laudandæ: nam siue pietatem antiquorum fidelium, siue sacrarum studium ardens Litterarum spectes; non nisi magni facienda sunt, quæ ex Antiquorum probitate sapientiaque ad manus nostras deueniunt. Nec id omittendũ, plurimũ posse vtilitatis hæc, quę nunc excudimus monumenta conferre: quippe quæ ob oculos ponant veteres illas S. Scripturæ Sectiones; quas plerique doctissimi homines collectis hinc illincque argumentis demonstrare sunt conati, longè diuersas antiquitùs fuisse à distinctionibus modernis Capitum, quæ in excusis Biblijs prostant. Quæsierint alij an eiusmodi Sectiones antiquæ à recentioribus discreparint: nos certè exhibebimus quænam ipsæ fuerint, quot numero, vnde incœperint, & cætera talia: adeò vt opus tantum habeat Lector legere, vt rem totam perspectã teneat. Porrò quantum commodi Lectori ipsi accidet, si Diuinorum Librorum percurrerit Titulos hosce, quibus (vt cum Cassiodoro loquar) sacer Textus quodam nobis compendio panditur: ijsq; in principijs Librorum de vniuersa serie lectionis impressis, vtiliter admonitus, salubriter reddatur attentus; & facilè vnamquamque rem dum quærit, inueniat, quam sibi cognoscit breuiter iudicatam! Accedunt & aliæ haud exigui momenti vtilitates: nam nostris his Titulis siue Capitulis ad Vetustiorẽ illam Latinã ex LXX. Interpretibus Editionem ex parte confectis, & Editionis eiusdem (cuius nullum hodie integrum superest Latinum exemplum) fragmenta saltem reparantur: & breuibus veluti commentariolis manuducimur in Prophetis maximè ad sensum Scripturæ altiorem; dum solo quasi digiti nutu pulchrè monemur vbi Christum, Ecclesiam, Sacramentaque nouæ Legis sub typico aliquo velamine perquiramus.

Cæterùm de horum Titulorum, siue Capitulorum antiquitate opus est hìc differere, angustè tamen; cùm animus non sit altiùs originem repetere distinctionis Textus Hebraici vel Græci: disputarunt enim ea de re viri doctissimi: (*) eos consulant qui pleniùs instrui cupiunt: nostrũ erit tantũmodò paucis indicare, quando in Latinis Scripturarum sanctarum Codicibus cœperit certa distinctio adhiberi. Equidem ante sæculum V. quantum ex Latinorum Patrum scriptis collligi potest; nulla videtur sacrorum Librorum in Occidente extitisse certa distinctio, exceptis IV. Euangelijs, quæ in Capitula discreuit Eusebius Episcopus Cæsariensis; cuius Canones S. Hieronymus vertit in Latinum. Sæculo tamen eodem V. Libris aliquot sacris suos Titulos præfigi cœpisse in Italia saltem constat. Cùm enim Cassiodorus (qui non diù post medium sæculi VI. nonagenario maior vita functus est) apertè dicat in Octateuchum extitisse suo tempore Titulos à Maioribus descriptos; necessariò infertur, Maiores illos suos VI. præcessisse sæculum. porrò præfixis Titulis nullus inficias ierit correspõdisse in Textu distinctionem aliquam, quò facilè inueniretur, quod ex Titulorum lectione requirebatur. Titulorũ occasione primùm sacri Textus in aliquibus libris sæculo V. cœpta distinctio, in alijs quoque sequenti sæculo sexto vsurpari cœpit ipsomet Cassiodoro teste, qui in libris aliquot, nouos se condidisse Titulos asserit, propterea quòd veteres non haberentur. Sed per singulas S. Scripturæ partes horum Titulorum, Distinctionumque ætates peculiariter exploremus.

De Octateuchi, id est, octo voluminum Geneseos, Exodi, Leuitici, Numerorum, Deuteronomij, Iosue, Iudicum, atque Ruth Titulis, ita scribit Cassiodorus lib. de Institutione Diuinarum Litterarum cap. 1. *Vt Textus memorati Octateuchi quodam nobis compendio panderetur, in principijs librorum de vniuersa serie lectionis Titulos eis credidimus imprimendos, à Maioribus nostris ordine currente descriptos: vt Lector vtiliter admonitus, salubriter reddatur attentus; & facilè vnamquamque rem dum quærit inueniat, quam sibi cognoscit breuiter indicatam.*

De Titulis Librorum Regum ac Paralipomenon ita loquitur idem Cassiodorus; vt Regum quidem, veteres habuisse Titulos videantur, dum libris Paralipomenon nouos se addidisse dicat: egerat enim c. 2. de Libris Regum & Paralipomenon; sed de his peculiariter hoc modo scribit. *In memoratis autem Paralipomenon libris duobus . . . quoniam Titulos antiquos non reperi, nouos ad præcedentium* (Librorum vtique Regum) *similitudinem locis singulis, vt æstimo, consequenter impressi; vt qualicumque obsequio sermonis, deuotionis nostræ qualitas potuisset agnosci.*

Quinque Libris Salomonis nomine passim olim prænotatis, Prouerbiorum nimirum, Ecclesiastes, Cantici Canticorum, Sapientiæ & Ecclesiastici, Cassiodorus Titulos præfixit: inquit enim cap. 5. *Quibus Libris* (Salomonis scilicet) *iuuante Domino Capitula insignire curauimus: ne in tam necessaria lectione*

(*) Inter alios hac de re egerunt Io. Morinus in Exercitationibus Biblicis exercit. 17. Petrus Daniel Huetius in obseruat. & notis ad Origenem. item fusius hæc pertractat Georgius Hennius Goezius in dissertatione de ritu Lectionũ sacrarum Vvittimbergæ edita 1685.

Em.^mo ac Reu.^mo Domino. Domino

LEANDRO
COLLOREDO

SANCTÆ·ROMANÆ·ECCLESIÆ

PRESBYTERO·CARDINALI

Tituli Sancti Petri in Monte Aureo
ac Majori Pœnitentiario

Iof. M. Carus Presbyter
Salutem æternam.



AVD diu quærendum mihi fuit, Eminentissime Domine, cuius nomine insignirem Opusculum hocce Veterum Monumentorum in Diuinas Scripturas: mea namque in Te vetus obseruantia maximè eò me ducebat, ut Eminentiæ Tuæ illud dicarem.

* Optabam

Optabam ſanè id ſerò ſaltem fieri, ut certum aliquod animi in Te mei argumentum efferrem; ſicque in omnium oculis appareret quo Te ſtudio colerem, quo Te venerarer obſequio: quæ Tibi & tua quammaximè morum probitas egregia, & ſacrarum rerum ſcientia excellentior, & humanitas ſingularis, atque cætera Dei dona in Te quàm largiſsimè effuſa manciparant. Gaudebam iampridem his Te Diuinis muneribus ad publicum Eccleſiæ bonum optimè parari: at nunc gratulor eiuſdem Te bono ſedulò incumbere; cùm in ſacro Romanæ Eccleſiæ Senatu, in omnibus teipſum exemplum præbes bonorum operum in doctrina, in integritate, in grauitate. Muneri ergò meo impræſentiarum reſtat ad Deum

cæli

cæli enixè preces fundere; ut cuius dono collocatus es cum Principibus populi sui; eiusdem etiam opitulante clementia, Operarium Te inconfusibilem exhibeas, ad ea quæ sunt priora, Te extendens, ad destinatum prosequens; ut ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu tandem peruenias. hæc sunt mea pro Te vota. Cæterùm quòd hoc Opusculum tuo sub amplissimo Nomine edam, mea in Te sunt officia, quæ dotes istæ tuæ à me postulant; quæque etiam deposcunt & grauissimum Iudicium tuum (cui discutiendum remitto quicquid hoc continetur in opere) & mihi semper commemoranda liberalitas illa tua, qua una cum reliquis venerabilibus Congregationis Oratorij Presbyteris, ex

eiusdem

eiusdem Bibliotheca ex bona parte ea ipsa, quæ nunc profero, Vetera Monumenta, mihi olim communicare dignatus es. Grato itaque animo interpretare quicquid officia hæc mea Tibi offerunt: obsequentisque magis rationem habeto animi mei, quàm doni manuum mearum.

PRAEMO-

ctione (vt sæpè dictum est) confusa tironis nouitas linqueretur. Verùm hæc de Capitulis siue Titulis in vnum collectis, singulisque libris præmissis intelligi oportet: nam quæ in Ecclesiastici Textu reperiuntur haud raro breuiora interiecta rerum argumenta , cùm hæc in Græco Textu LXX. Interpretum Romanæ Editionis habeantur; inde potiùs in Latina exemplaria translata crediderim, quàm è Latinis Codicibus in Græcos deducta. vt etiam ex Græcorum Patrum scriptis acceptam arbitror explicationem illam personarum interloquentiũ in Cantico Canticorum: cuius rei argumentum præstabit expositio Græca eiusdẽ Cantici Canticorum Eusebij Cæsariensis nomine insignita, sed è plurium reuerà Patrum dictis conflata, quam Io. Meursius typis impressit. Neque me præterit interlocutores hosce in Bedæ Commentarijs exhiberi: verùm ab antiquioribus hæc illum hausisse, cetera eius scripta facilè demonstrant; quæ ipse præ humilitate, pietateque in antiquos Patres, ex eorumdem ferè dictis arte miranda confecit.

Librorum Tobiæ, Esther, Iudith & Machabæorum Titulos Cassiodoro debemus; qui cap.6. libri præfati ita scribit. *Quorum Librorum (de quibus supra) Titulos sub breuitate colligi quando instructionis non minimum creditur esse compendium, res fusas latissimè, paucis sermonibus indicare. his enim remedijs Lectoris animus introductus, saluberrimam Scripturarum seriem prouocatus excurrit*.

Quod ad Prophetas attinet, apud Cassiodorum nulla extat mentio Titulorum de illorum libris ab ipso collectorum; quorum vtiq; meminisset, vt alias fecit: nec sanè Propheticorum Librorum Titulos omisisset, si tum temporis non haberentur: cũ si in cęteris, in his vel maximè vtiles sunt eiusmodi Tituli propter & sententiarũ obscuritatem, & rerum ordinem non seruatũ,& futuræ Legis abdita mysteria. Nostra hæc quæ nunc excudimus Prophetarũ Capitula antiquiora planè sæcula sapiunt; quando nimirũ vetustior Editio Latina iuxta LXX. omnium manibus terebatur: ex qua cùm hæc sint Capitula collecta, ætatem suam produnt vigentis adhuc vsus Editionis memoratæ. quæ ratio plurimùm valet, quò huius operis Capitula ex maiore saltem parte vel Cassiodoro antiquiora, vel ab ipsomet confecta existimemus. de quibus singulis iudicium esto Lectoribus.

Porrò vsus horum Titulorum, ac distinctionum Capitum passim retentus est ad sæculũ vsq; XI. nam præterquã quòd Codices, quibus vsi sumus, id manifestè probaut; extat etiam testimonium Leonis Papæ III. qui ep.9. ad Carolum Magnum to.7. col.1127.Concil.Labeanæ editionis, remittit eumdem Carolum ad Capitulum CLXX. Isaiæ, in quo hæc verba legebantur: *A sæculo non audierunt, neque auribus perceperunt, oculus non vidit Deus absque te, quæ præparasti expectantibus te*. id quod satis respondet nostris hisce Capitulis si numerus vnus addatur (qui facilè scriptoris inaduertentia omitti potuit) legaturq; centesimum septuagesimum primum pro centesimo septuagesimo. Fulbertus item Carnotensis Episcopus, XI. sæculi auctor meminit Capituli XXII. libri Prouerbiorũ, (*) in quo illud habebatur, *Nondum erant abyssi* &c.

quę

(*) Tom. 18. Biblioth. PP. nouissimæ Edition. Lugdun. pag. 46.

quę verba sub eiusdem numeri Capitulo hoc opere continentur. Restat nunc vt de nostra hac editione quæ dicenda supersunt, paucis aperiamus.

Primò itaque lectoribus confirmamus, bona nos fide exhibere Codices, quibus usi sumus. menda quam rarissimè emendauimus; cętera omnia eruditi Lectores per se corrigant: nec enim iustum arbitramur vnius hominis correctionem aliorum correctionibus præferri, quando multifariè locus aliquis restitui potest.

Secundò, numeri Titulorum siue Capitulorum, nisi vbi lacuna aliqua videretur, ad ordinem suum redegimus. mirum enim quantam hac in re deprehendimus scriptorum negligentiam, qui velut aliud agentes, numeros perperam affigebant.

Tertiò, in designandis Capitum exordijs in Textu ingens nobis fuit labor; vt aliquando ferè pœnituerit tanti laboris negotio manum admouisse: nam præterquàm quòd Capitum numeri sæpè in Textu prætermissi erant, vel falsissimè adnotati; ipsæ etiam maiores litteræ rubeo colore descriptæ quæ Capitum exordia designant, aliquando plures aut pauciores, quàm Tituli postularent, aliquando verò omissa erant omninò. Contulimus varios Codices; perpendimus Titulos, materiasque illis respondentes: quod certum visum fuit, suo numero donauimus; quicquid incerti, consultò reliquimus. aliqua tamen in Lectorum gratiam suppleuimus; quibus ne fallerentur tãquã ex autographis desumptis, his vncis [ ] interclusimus quæcũq; à nobis sunt addita. id quod semel hoc loco dixisse sufficiat; vt quotiescumq; signa præfata viderit Lector, his inclusa præter Codices esse nouerit.

Quartò, exordia Capitum in Textu paucis verbis explicauimus, tot nimirum, quot opus esset vt certò agnosceretur vnde vetera illa Capita incœperint. nec tamen in verbis scrupulosius solliciti fuimus, contenti aliquem ex Codicibus repræsentasse. numeros quoq, Capitũ & Versiculorum excusorum Bibliorum singulis veteribus Capitibus inscripsimus; vt quàm facillimè internosci discrimen posset distinctionum antiquarum atque recentium.



Imprima-

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. P. Mag. S. P.A.
Steph. I. Menattus Episc. Cyren. Vicesg.

PArs Prior Libri cui titulus *Sacrorum Bibliorum* &c. à Reu. Adm. D. Ios. Maria Caro Presbytero Theologo composita, & à Reuerendiss. quond. P. Dominico Maria Puteobonelli Sacri Apostolici Palatij Magistro mihi commissa, virga censoria non eget, sed plurimas meretur laudes; cùm plurimum iuuare possit Sacrorum Bibliorum studijs addictos. Inter hos adnumerandus ipsemet in sacra eruditione excellentissimus author, qui calamum sæpè exercuit in eiusmodi tractatibus è vetustatis tenebris in publicam lucem, & venerabilis eruditionis emolumentum eruere. Sacrosanctis autem Fidei Catholicæ dogmatibus, probisquè moribus adeò conforme est opus, sicut ipsum Bibliorum volumen quod continet. Qua propter & dignum typis, & dignissimum lectione, ac studio perenni censeo, nedum enim profectui, sed & *solatio habemus sanctos libros*. 1. Machab. 12. Ita censeo ex Conuentu nostro S. Mariæ de Victoria Romæ hac die 14. Septemb. 1688.

Fr. Blasius à Purificatione Carmelita Discalceatus, sacræ Theologiæ Professor, ac sui Ordinis Generalis Historicus.

Imprimatur.
Fr. Ioseph Clarionus Ord. Præd. Sacri Apostolici Palatij Promagister.

Tituli

Tituli siue Capitula singulorum sacræ Scripturæ Librorum, & alia hac Prima Parte comprehensa in ordinem digesta.

Stichometria sacrorum Librorum ad finem Textus cuiusque Libri Adnotatur.

Codd.

[Codd. Vatic. 4220. S. Pauli & Oratorij A. 11.]

a *Incipit Epistola S. Hieronymi Presbyteri ad Paulinum (a) Presbyterum*
b *(b) de omnibus diuinis Noui & Veteris Testamenti Libris.*

FRater Ambrosius tua mihi munuscula perferens, detulit & suauissimas litteras; quæ in principio amicitiarum fidem probatæ iam fidei & veteris amicitiæ præferebant, vera enim illa necessitudo est *&c. vsque.* Apostoli nauem tantùm & retia reliquerunt: vidua duo æra misit in gazophylacium; & præfertur Crœsi diuitijs. Facilè contempnit omnia, qui se semper cogitat esse moriturum.

Explicit Epistola Sancti Hieronymi Presbyteri.

Incipit Præfatio Sancti Hieronymi
c *Presbyteri (c) in Pentateuchum*
Moysi.

DEsiderij mei desideratas accepi epistolas, qui quodam præsagio futurorum cum Daniele sortitus est nomen, obsecrantis, vt translatum in Latinam linguam de Hebræo sermone Pentateuchum, nostrorum auribus traderem *&c. vsque.* Nunc te deprecor Desideri carissime, vt qui tantum opus me subire fecisti, & à Genesi exordium capere; orationibus iuues: quò possim eodem spiritu quo scripti sunt libri, in Latinum eos transferre sermonem.

Explicit Præfatio.

[Codd. S. Pauli. & Orat. F. 71.]

Incipiunt Capitula.

I. DE die primo, in quo lux facta est.

II. De die secundo, in quo cælum factum est.

III. De die tertio, in quo terra & mare.

IV. De die quarto, in quo Sol & Luna & Stellæ.

d V. De die quinto, in quo [d] repentia in mari, & volatilia cæli.

VI. De die sexto, in quo quadrupedia & serpentes & bestiæ & omnia pecora & [e] repentia & homo.

e VII. De die septimo, in quo requieuit omni opere consummato Deus.

VIII. De hoc libro, in quo vniuersa quæ facta sunt dicit.

IX. Vbi præceptum [f] dat Dominus Adæ & mulieri eius. f

X. Vbi seduxit serpens mulierem.

XI. Vbi interrogantur de transgressu.

XII. Educuntur de Paradiso ne sumant de ligno vitæ.

XIII. Nati sunt Adæ filii Cain & Abel.

XIV. Cain occidit fratrem.

XV. Adæ natus est Seth pro Abel.

XVI. De generationibus hominum.

XVII. Enoch placuit [g] Deo: & transtulit eum [h] Deus. g h

XVIII. Acceperunt sibi vxores filij Dei: & iratus est [i] Deus. i

XIX. Noe placuit Deo: & præcepit illi Deus vt faceret arcam.

XX. Et ingressus est Noe in arcam; & factum est diluuium.

XXI. [K] Memoratus est Dñus Noe & eorum qui cum illo erant: & siccata est aqua. K

XXII. Anno sexcentesimo & vno exiuit Noe de arca ipse & qui cum eo erant.

XXIII. Benedixit Dominus Noe & filios eius.

XXIV. Statuit Dominus diluuium minimè futurum.

XXV. De tribus filijs Noe, Sem, Cham & Iapheth. & de ipso, vbi inebriatus est.

XXVI. De generationibus Noe & filiorum eius.

XXVII. De commixtione linguarum.

a. *al.* Episcopum. b. *al.* De omnibus Diuinæ Historiæ Libris. c. *al.* In yst. P. Moysi, *idest in Historiam Pentateuchi Moysi.* d. *al.* reptantia. e. *al.* reptantia. f. *al.* dedit. g. *al.* Dño. h. *al.* Dominus. i. *al.* Dñs. K. *al.* Recordatus.

l. al. suus. m. al. Præcepit seruo &c. n. al. Hæ. o. al. fecit. p. Recordatus.

Aegyptum : & cognouit eos Ioseph ; & vnum ex ipsis reclusit, vsque dum veniret frater eius Beniamin .

LXXIII. Inualuit fames; & venerunt ad eum cum Beniamin : & mandauit patri suo venire ad se.

LXXIV. Visus est Dominus Iacob;& dixit illi . *Descende in Aegyptum* .

LXXV. Cum septuaginta quinque animabus intrauit Iacob in Aegyptum .

LXXVI. Venit obuiam Ioseph Israel patri suo .

LXXVII. Nũtiauit Ioseph Pharaoni quoniam[q] venit pater eius .

LXXVIII. Dixit Pharao Ioseph vt eligeret terram , in qua habitaret pater eius .

LXXIX. Habitauit Israhel in Aegypto: & dixit filio suo Ioseph ne sepeliret eum illic . vixit autem Iacob annos centum quadraginta septem .

LXXX. Et infirmatus est Iacob ; & benedixit filios Ioseph alternis manibus .

LXXXI. Vocauit Iacob omnes filios suos; & dixit eis quæ ventura essent in nouissimis diebus : & defunctus est .

LXXXII. Vixit Ioseph annos centum & decem:& adiurauit fratres suos, vt cùm visitarentur,tollerent secum ossa eius in terram suam .

Expliciunt Capitula .

[*Codd. Oratorij B. vj. B. vij. F. 71 . S. Petri & S. Pauli .*]

Incipit liber Bresith , id est, Geneseos ,

I. *Cap. 1. V. 1.*

IN principio creauit Deus cælum & terram .

II. *c. 1. V. 6.*

Dixit quoque Deus . Fiat firmamentum in medio aquarum : & diuidat aquas ab aquis .

III. *c. 1. V. 9.*

Dixit verò Deus . Congregentur aquæ quæ sub cælo sunt , in locum vnum .

IV. *c. 1. V. 14.*

Dixit autem Deus . Fiant luminaria in firmamento cæli : & diuidant diem & noctem.

V. *c. 1. V. 20.*

Dixit etiam Deus . Producant aquæ reptile animæ viuentis & volatile .

VI. *c. 1. V. 24*

Dixit quoque Deus . Producat terra animam viuentem in genere suo .

VII. *c. 2. V. 1.*

Igitur perfecti sunt cæli & terra & omnis ornatus eorum : compleuitque die septimo .

VIII. *c. 2. V. 4.*

Istæ sũt generationes cæli & terræ,quãdo creatæ sũt in die, quo fecit Dñs cælũ & ter.

IX. *c. 2. V. 9.*

Tulit ergo Dominus Deus hominem ; & posuit eum in paradiso voluptatis .

X. *c. 25. V. 2.*

Erat autem vterque nudus, Adam scilicet & vxor eius ; & non erubescebant .

XI. *c. 8. V. 3.*

Et cùm audissent vocem Dñi Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiẽ.

XII. *c. 3. V. 21.*

Fecit quoque Dominus Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas ; & induit eos .

XIII. *c. 4. V. 1.*

Adam verò cognouit Euam vxorem suam : quæ concepit & peperit Cain .

XIV. *c. 4. V. 8.*

Dixitque Cain ad Abel fratrem suum . Egrediamur foras .

XV. *c. 4. V. 25.*

Cognouit quoq; adhuc Adam vxorẽ suã : & peperit filiũ, vocauitq; nomen eius Seth .

XVI. *c. 5. V. 1.*

Hic est liber generationis Adã . In die qua creauit Deus hominem, ad similitudinem .

XVII. *c. 5. V. 21.*

Porrò Henoch vixit sexaginta quinque annis ; & genuit Mathusalam .

XVIII. *c. 6. V. 1.*

Cùmque cœpissent homines multiplicari super terram , & filias procreassent ,

XIX. *c. 6. V. 9.*

Noe verò inuenit gratiam coram Domino . Hæ generationes Noe ,

XX. *c. 7. V. 7.*

Et ingressus est Noe & filii eius,vxor eius & vxores filiorum eius cum eo in arcam .

XXI. *c. 8. V. 1.*

Recordatus autem Deus Noe cunctarum-

 que

q. *al.* veniret.

que animantium & omnium iumentorum ;
XXII. c.8.℣.13.
Igitur sexcentesimo primo anno, primo mẽse, prima die mẽsis imminutæ sũt aquæ.
XXIII. c 9.℣ 1.
Benedixitque Deus Noe & filiis eius: & dixit ad eos. Crescite & multiplicamini.
XXIV. c.9.℣.8.
Hæc quoque dixit Deus ad Noe & ad filios eius cum eo. Ecce ego statuam pactum.
XXV. c.9.℣.18.
Erant igitur filii Noe qui egressi sunt de arca, Sem, Cham & Iapheth.
XXVI. c.9.℣.28.
Vixit autem Noe post diluuium trecentis quinquaginta annis.
XXVII. c.10.℣.32.
Hæ familiæ Noe iuxta populos & nationes suas. ab his diuisæ sunt gentes.
XXVIII c.11.℣.27.
Hæ sunt autem generationes Thare. Thare genuit Abram, Nachor & Aran.
XXIX. c.12.℣.1.
Dixit autem Dominus ad Abram. Egredere de terra tua & de cognatione tua.
XXX. c.12.℣.5.
Et egressi sunt vt irent in terram Chanaan: cùmque venissent in eam.
XXXI. c.13.℣.14.
Dixit quoque Dñs ad Abram, postquam diuisus est Loth ab eo. Leua oculos tuos.
XXXII. c.14.℣.1.
Factum est autem in illo tempore vt Amraphel Rex Sennaar & Arioch Rex Ponti.
XXXIII. c.15.℣.1.
His ita transactis, factus est sermo Dñi ad Abram per visionẽ dicens. Noli timere.
XXXIV. c.17.℣.1.
Postquam verò nonaginta & nouem annorum esse cœperat, apparuit ei Dominus.
XXXV. c.18.℣.1.
Apparuit autem ei Dominus in conualle Mambre, sedenti in ostio tabernaculi sui.
XXXVI. c.19.℣.1.
Veneruntque duo Angeli Sodomam vesperè, sedente Loth in foribus ciuitatis.
XXXVII. c.19.℣.24.
Igitur Dominus pluit super Sodomam & Gomorrhã sulphur & ignem à Dño de cælo.
XXXVIII. c.20.℣.1.
Profectus inde Abraham in terram Australem: habitauit inter Cades & Sur.
XXXIX. c.21.℣.1.
Visitauit autẽ Dominus Saraam sicut promiserat: & impleuit quæ locutus est.
XL. c.21.℣.9.
Cùmq; vidisset Saraa filium Agar Aegyptiæ ludentem dixit ad Abraham. Eijce.
XLI. c.21.℣.22.
Eodem tempore dixit Abimelech & Phicol Princeps exercitus eius, ad Abraham.
XLII. c.22.℣.1.
Quæ postquam gesta sunt, temptauit Deus Abrahã; & dixit ad eum Abrahã. ille resp.
XLIII. c.23.℣.1.
Vixit autem Saraa centum viginti septem annis; & mortua est in ciuitate Arbiæ.
XLIV. c.24.℣.1.
Erat autem Abraham senex, dierumque multorũ: & Dñs in cunctis benedixerat ei.
XLV. c.25.℣.7.
Fuerunt autẽ dies vitæ Abrahæ centũ septuaginta quinq; anni:& deficiens mortuus.
XLVI. c.25.℣.12.
Hæ sunt generationes Ismahel filii Abrahæ, quem peperit ei Agar famula Saræ.
XLVII c.25.℣.19.
Hæ quoque sunt generationes Isaac filii Abraham, Abraham genuit Isaac.
XLVIII c.2.℣.1.
Orta autẽ fame super terrã post eam sterilitatẽ quæ acciderat in diebus Abraham.
XLIX. c.27.℣.1.
Senuit autem Isaac: & caligauerunt oculi eius; & videre non poterat. vocauitq; Esau.
L. c.28 ℣.1.
Vocauit itaque Isaac Iacob; & benedixit, præcepitque ei dicens. Noli accipere.
LI. c.28.℣.10.
Igitur egressus Iacob de Bersabee, pergebat Haran:cùmq;venisset ad quendam locũ.
LII c.29.℣.1.
Profectus ergo Iacob, venit in terram Orientalem: & vidit puteum in agro.
LIII. c.29.℣.31.
Videns autem Dominus quòd despiceret Liam, aperuit vuluam eius.
LIV. c.30.℣.1.
Cernens autẽ Rachel quòd infœcunda esset, inuidit sorori:& ait marito suo, Da mihi.
LV. c.30.℣.9.
Sentiens Lia quòd parere desisset, Zelpham ancillam suam marito tradidit.
LVI. c.30.℣.22.
Recordatus quoque Dominus Rachelis, exaudiuit eam, & aperuit vuluam illius.
LVII. c.31.℣.1.
Postquam autem audiuit verba filiorum Laban

Laban, dicentium: Tulit Iacob omnia.

LVIII. c. 32. ℣. 1.

Fueruntq; ei obuiã Angeli Dei; quos cùm vidisset ait. Castra Dei sunt hæc.

Codd. S. Petri & Orat. ℣. 71. incipiunt hoc caput LVIII. ab his verbis. Iacob quoq; abijt itinere quo cœperat: fueruntque ei obuiam Angeli Dei.

LIX. c. 33. ℣. 17.

Et Iacob venit in Socoth: vbi ædificata domo, & fixis tentoriis, appellauit nomen.

LX. c. 35. ℣. 1.

Interea locutus est Dñus ad Iacob: Surge & ascende Bethel; & habita ibi.

LXI. c. 35. ℣. 6.

Venit igitur Iacob Luzam, quæ est in terra Chanaan, cognomento Bethel.

LXII. c. 35. ℣. 13.

Ille verò erexit titulum lapideum in loco, quo locutus ei fuerat Deus.

LXIII. c. 36. ℣. 1.

Hæ sunt autẽ generationes Esau: ipse est Edõ. Esau accepit vxores de filiabus Chanaã.

LXIV. c. 36. ℣. 15.

Hi Duces filiorum Esau. Filij Eliphaz primogeniti Esau: Dux Theman.

LXV. c. 36. ℣. 31.

Reges autem, qui regnauerunt in terra Edom, antequã haberent regem filij Israel.

LXVI. c. 37. ℣. 2.

Ioseph cùm sedecim esset annorũ, pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer.

LXVII. c. 37. ℣. 17.

Perrexit ergo Ioseph post fratres suos; & inuenit eos in Dothain.

LXVIII. c. 38. ℣. 1.

Eo tempore descendens Iudas à fratribus suis, deuertit ad virum Odollamitem.

LXIX. c. 39. ℣. 1.

Igitur Ioseph ductus est in Aegyptum: emitque eũ Phutiphar eunuchus Pharaonis.

LXX. c. 40. ℣. 1.

His ita gestis, accidit vt peccarent duo eunuchi, pincerna Regis Aegypti & pistor.

LXXI c. 41. ℣. 1.

Post duos annos vidit Pharao somnium. putabat se stare super flumium.

LXXII. c. 42. ℣. 1.

Audiens autem Iacob quòd alimenta venderentur in Aegypto, dixit filiis suis.

LXXIII. c. 43. ℣. 1.

Interim fames omnem terram vehementer premebat: consumptisque cibis.

LXXIV. c. 46. ℣. 1.

Profectusque Israel cum omnibus quæ habebat, venit ad puteum Iuramenti.

LXXV. c. 46. ℣. 5.

Surrexit Iacob à puteo Iuramenti: tuleruntque eum filii cum paruulis & vxoribus.

LXXVI. c. 46. ℣. 1.

Misit autem Iudam ante se ad Ioseph, vt nũtiaret ei; & ille occurreret in Gessen.

LXXVII. c. 46. ℣. 1.

Et ille locutus est ad fratres & ad omnem domum patris sui. Ascendam & nunciabo.

LXXVIII. c. 47. ℣. 5.

Dixit itaque Rex ad Ioseph. Pater tuus & fratres tui venerunt ad te: terra Aegypti.

LXXIX. c. 47. ℣. 27.

Habitauit ergo Israel in Aegypto, id est, in terra Gessen; & possedit eam.

LXXX. c. 48. ℣. 1.

His ita transactis, nuntiatum est Ioseph quod ægrotaret pater eius.

LXXXI c. 49. ℣. 1.

Vocauit autem Iacob filios suos: & ait eis: Congregamini. vt adnuntiem.

Ruben primogenitus meus,
Simeon & Leui fratres.
Iuda, te laudabunt fratres tui.
Zabulon in littore maris habitabit.
Issachar asinus fortis.
Dan iudicabit populum suum.
Aser, pinguis panis eius.
Nephtalim ceruus emissus.
Filius adcrescens Ioseph.
Beniamin, lupus rapax.

LXXXII. c. 50. ℣. 23.

Quibus transactis, locutus est fratribus suis. Post mortem meam Deus visitabit vos.

Habet Vers. III. DCC.

[*idest*, 3700.]

Cod. Vatic. 4210.

Incipiunt Capitula Libri Genesis.

I. DE lucis exordio, & diuisione tenebrarum à luce; & die prima.

II. De diuisione aquarũ, & firmamẽto inter eos facto; & secũda die.

III. De congregatione aquarum sub cælo, & germine terræ, & tertia die.

IIII. De luminaribus cæli, & diuisione diei & noctis; & quarta die.

De re-

a. lege & pacto & diuisione. & de Angelorum conluctatione &c.

Incipit Liber Bresith, id est, Geneseos.

I. c. 1. ℣. 1.

IN principio creauit Deus cælũ & terram: terra autē erat inanis & vacua.

II. c. 1. ℣. 6.

Dixit quoque Deus. Fiat firmamentum in medio aquarũ; & diuidat aquas ab aquis.

III. c. 1. ℣. 9.

Dixit verò Deus. Congregentur aquæ quæ sub cælo sunt, in locum vnum.

IV. c. 1. ℣. 14.

Dixit autem Deus. Fiant luminaria in firmamento cæli; & diuidant diē ac noctem.

V. c. 1. ℣. 20.

Dixit etiam Deus. Producant aquæ reptile animæ viuentis.

VI. c. 1. ℣. 24.

Dixit quoque Deus. Producat terra animam viuentem in genere suo.

VII. c. 2. ℣. 1.

Igitur perfecti sunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum.

VIII. c. 2. ℣. 15.

Tulit ergo Dominus Deus hominem; & posuit eum in paradiso voluptatis.

IX. c. 3. ℣. 8.

Et cùm audissent vocē Dñi Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem.

X. c. 4. ℣. 1.

Adam verò cognouit Euam vxorem suam: quæ concepit & peperit Cain.

XI. c. 4. ℣. 25.

Cognouit quoq; adhuc Adam vxorē suã: & peperit filiũ. vocauitq; nomē illius Seth.

XII. c. 5. ℣. 31.

Noe verò cùm quingentorum esset annorum genuit Sem Cham & Iapheth.

XIII. c. 8. ℣. 13.

Igitur sexcētesimo primo anno, primo mēse, prima die mensis imminutæ sunt aquæ.

XIV. c. 9. ℣. 18.

Erant igitur filij Noe, qui egressi sunt de arca, Sem, Cham & Iapheth.

XV. c. 10. ℣. 1.

Hæ generationes filiorum Noe; Sem, Cham & Iapheth.

XVI. c. 10 ℣. 31.

Hæ familiæ Noe iuxta populos & nationes suas. ab his diuisæ sunt gentes.

XVII c. 12. ℣. 1.

Dixit autem Dominus ad Abram. Egredere

dere de terra tua & de cognatione tua.

XVIII. c. 12.℣. 5.

Et egressi sunt vt irent in terrã Chanaan: cumque venissent in eam.

XIX. c.12.℣.10.

Facta est autẽ fames in terra: descenditq; Abram in Aegyptum vt peregrinaretur ibi.

XX. c.13.℣.14.

Dixitque Dominus ad Abraham, postquam diuisus est Loth ab eo.

XXI. c. 15.℣. 1.

His ita transactis, factus est sermo Dñi ad Abram per visionem dicens. Noli timere,

XXII. c. 17.℣. 1.

Postquam verò nonaginta & nouem annorum esse cœperat, apparuit ei Dominus.

XXIII. c. 18.℣.1.

Apparuit ei Dominus in valle Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui.

XXIV. c. 19.℣. 1.

Venerunt duo Angeli Sodomam vesperè, sedente Loth in foribus ciuitatis.

XXV. c. 20.℣. 1.

Profectus inde Abram in terram Australem, habitauit inter Cades.

XXVI. c. 21.℣.1.

Visitauit autem Dominus Saram sicut promiserat; impleuit quæ locutus est;

XXVII. c. 22.℣.1.

Quæ postquam gesta sunt, temptauit Deus Abram, & dixit ad eum.

XXVIII. c. 24.℣.1

Erat autem Abram senex dierumq; multorum; & Dñs in cunctis benedixerat ei.

XXIX. c. 25. ℣. 1

Abraham verò aliam duxit vxorem nomine Ceturam, quæ peperit ei Zamram.

XXX. c.25.℣.19.

Hæ quoque sunt generationes Ysaac filii Abraham.

XXXI. c.26.℣.23.

[Ascendit autẽ ex illo loco in Bersabee: vbi apparuit ei Dominus in ipsa nocte.]

XXXII. c.27.℣. 1.

Senuit autem Ysaac & caligauerũt oculi eius; & videre non poterat.

XXXIII. c.27.℣.41.

[Oderat ergo semper Esau Iacob pro benedictione qua benedixerat ei pater.]

XXXIV. c.29.℣. 1.

Profectus ergo Iacob venit ad terram Orientalem; & vidit puteum in agro.

XXXV. c. 31.℣. 1.

Postquam autem audiuit verba filiorum Laban dicentium; Tulit Iacob omnia.

XXXVI. c. 33.℣.17.

Et Iacob venit in Sochor, vbi ædificata domo & fixis tentorijs.

XXXVII. c. 35.℣. 6.

Venit igitur Iacob Luzam quæ est in terra Chanaan, cognomento Bethel.

XXXVIII. c.37.℣. 2.

Ioseph cùm sedecim esset annorum pascebat gregem cum fratribus suis.

XXXIX. c. 39.℣. 1.

Igitur Ioseph ductus in Aegyptum. emitque eum Phutiphar eunuchus Pharaonis.

XL. c. 41.℣. 14.

[Protinus ad Regis imperium eductum de carcere Ioseph, totonderunt.]

XLI. c. 42.℣. 1.

Audiens autem Iacob, quòd alimenta venderentur in Aegypto; dixit filiis suis.

XLII. c.43.℣.15.

Tulerunt ergo viri munera, & pecuniam duplicem, & Beniamin.

XLIII. c.45.℣.15.

Post quæ ausi sunt loqui ad eum auditumq; est & celebri sermone vulgatũ in aula regis.

XLIV. c.47.℣.15.

Dixit itaque Rex ad Ioseph. Pater tuus & fratres tui venerunt ad te.

XLV. c. 48.℣. 1.

His ita transactis, nuntiatum est Ioseph quòd ægrotaret pater eius.

XLVI. c. 49.℣.32.

Finitisque mandatis quibus filios instruebat; collegit pedes suos super lectulum.

Codd. S. Pauli. Oratorij B. vj. B. vij. & Vaticanus 4220.

Incipiunt Capitula Libri Exodi.

Cap. I. DE infantibus Hebræorum, quos præcepit Pharao in flumen proiici.

II. De puero, quem inuenit filia Pharaonis; & cognominauit eum Moysen.

III. De Aegyptio, quẽ occidit Moyses; & fugit Madian.

IV. Mortuo Pharaone exaudiuit Dominus filios Israel.

V. Apparuit Angelus Dñi Moysi in rubo.

De signo

VI. De signo quod dedit Dominus in manu Moysi in virga.

VII. De signo secundo.

VIII. De signo tertio.

IX. Vbi venit ad socerum suum Moyses, & dixit ei. *Vadam ad fratres meos.*

X. Mortuo Pharaone dixit Dominus ad Moysen. *Vade in Aegyptum.*

a XI. [a] Dixit Dominus ad Aaron. *Vade in obuiam Moysi.*

XII. Dicunt Pharaoni vt dimittat
b [b] Israhel.

XIII. Moysi dicit Dominus vt loquatur ad populum.

XIV. De Principibus Israhel.

XV. *Dedi te*, dicit Dominus, *deum Pharaoni.*

XVI. Proiecit Aaron virgam coram Pharaone; & facta est draco. fecerunt & Magi similiter.

c (c) *Incipiunt Plagæ Aegypti.*

I. Vbi aqua fluminis facta est sanguis. fecerunt & Magi similiter.

II. Percussit iterum Aaron aquas Aegypti; & eduxit ranas. fecerunt & Magi similiter.

III. Percussit Aaron in limo terræ; & facti sunt sciniphes in hominibus. & cesserunt Magi.

IV. Immittit Dominus cynomiam in totam terram Aegypti.

V. Mortem mittit Dominus in omnia pecora Aegyptiorum.

VI. De fauilla, quam sparsit Moyses in cælum; & facta sunt vlcera in hominibus.

VII. Extendit Moyses manum in cælũ: & pluit Dominus ignem & grandinem.

VIII. Venit locusta super omnes fines Aegypti.

IX. Factæ sunt tenebræ in tota terra Aegypti triduo.

XVII. Dicit Dominus ad Moysen. *Adhuc vnam plagam ego induco in Pharaonem.*

XVIII. Loquitur Dominus ad Moysen & Aaron de sacramento Paschæ.

X. De decima plaga in qua percussit Dominus omne [d] primogenitum Aegyptiorum. d

XIX. Habitauerunt filij Israel in Aegypto annos quadringentos triginta.

XX. Lege Paschæ [e] dat Dominus. e

XXI. Dicit Dominus vt sanctificent omne [f] primitiuum. f

XXII. Quinta progenie ascenderunt filij Israel de Aegypto.

XXIII. Consecutus est Pharao filios Israhel: & cooperuit Aegyptios mare.

XXIIII. Canticum.

XXV. Cantauit & Maria cum mulieribus in tympanis & choris.

XXVI. Murmurauit populus in deserto pro aqua.

XXVII. Murmurauerũt & pro carnibus.

XXVIII. Dedit Dominus populo coturnices & manna.

XXIX. Manducauerunt manna annis quadraginta.

XXX. Murmurauerunt pro aqua: & eduxit de petra aquam.

XXXI. Venit Amalec ad pugnam: & percussit eum [g] Dominus. g

XXXII. Venit Iethro ad Moysen in desertum.

XXXIII. Consilium dedit Ietro Moysi, vt [h] præponeret tribunos & centuriones. h

XXXIV. Testatur Dominus per Moysen populo vt [i] audiant eum. i

XXXV. Descendit Dominus in montem Syna in igne.

XXXVI. Præcepit Dominus Moysi, vt ascendat in montem solus.

XXXVII. Decem verba Legis, quæ præcepit Dominus custodiri

I. [*]Non erunt tibi dij alij absque me. *

II. Non [K] facies tibi idolum ne- k

B que

---

a. *al.* Dicit. b. *al.* Israelem. c. *Codd. Vatic. & Orat. B. vij. in his x. Plagis, ac deinceps prosequuntur numeros à capite inchoatos.* d. *al.* primitium. e. *al.* dedit. f. *al.* primogenitum. *al.* primitium. g. *al.* Iesue. h. *al.* poneret. i. *al.* audiat. *. *Codd. Vatic. & Orat. B. vij. in his x. Præceptis prosequuntur numeros à capite inchoatos.* K. *al.* facias.

que vllam similitudinem.
l IIII. Non sumes nomen [l] Dei tui in vanum.
IV. In mente habe diem Sabbatorum.
V. Honora patrem tuum & matrem.
VI. Non occides.
VII. Non mœchaberis.
VIII. Non furtum facies.
IX. Non dices falsum testimonium.
X. Non concupisces vxorem proximi tui, neque aliquid eius.
XXXVIII. Timuit populus: & dixerunt ad Moysen. *Tu loquere ad nos.*
XXXIX. Deos argenteos vel aureos non faciendos.
m XL. De puero Hebræo empto.
XLI. De filia [m] distracta.
XLII. De percusso & mortuo.
XLIII. Si quis occiderit aliquem dolo.
XLIV. Qui percusserit patrem aut matrem.
n XLV. Qui furto ereptum vendiderit.
XLVI. Qui maledixerit patri [n] aut matri.
XLVII. Si in rixa percusserit aliquis lapide aut pugno.
LXVIII. Si seruum aut ancillam percusserit aliquis, & mortuus fuerit.
o XLIX. Si mulierem percusserit; & [o] abortauerit.
L. Oculum pro oculo.
LI. Oculum serui aut ancillæ qui eiecerit.
LII. Si cornu aliquem percusserit taurus.
LIII. Si foueam quis foderit.
LIV. Si taurus alium cornu percusserit.
LV. Si quis vitulum aut ouem inuolauerit.
LVI. De fure percusso.
LVII. De agro alieno depasto.
LVIII. De area incensa vel messe.
p LIX. De commendato, & [p] furtim ab aliquo erepto.
LX. De iumento vel aliquo pecude commendato, & mortuo.
LXI. Si perierit quis animal, & mortuum fuerit.
LXII. De virgine nondum sponsata.
LXIII. Maleficum occidendum.
LXIV. Qui dormierit cum pecude, occidendum.
LXV. Qui immolauerit dijs, eradicandum.
LXVI. [q] Aduenam non nocendum. q
LXVII. Viduam & orphanum non nocendos.
LXVIII. De fœnore & [r] pignore. r
LXIX. Non blasphemandum.
LXX. Primitias offerendas.
LXXI. Omne primitiuum offerendum Domino.
LXXII. Carnē à bestia non [s] edendā. s
LXXIII. Non credendum facilè quod [t] audieris. t
LXXIV. Non consentiendum fieri [u] testis iniquus. u
LXXV. Non esse cum multis [x] malum. x
LXXVI. Non declinare cum multis [y] iudicium. y
LXXVII. Non spernendum pauperem in iudicio: [z] nec pro illo faciendum. z
LXXVIII. Errantem inimici iumentum reuocandum.
LXXIX. Inimici iumentum pressum pondere, erigendum.
LXXX. Iudicium pauperis non subuertendum.
LXXXI. Ab omni verbo iniquo recedendum.
LXXXII. Innocentem & iustum non occidendum.
LXXXIII. Impium non iustificandum. & munera non accipienda.
LXXXIV. De anno remissionis septimo.
LXXXV. Sabbato non operandum.
LXXXVI. Omnia, quæ præcepit Deus, obseruanda.
LXXXVII. Tribus temporibus anni diem sollemnem [a] agendam. a
LXXXVIII. Diem festum Azymorum obseruandum.
LXXXIX. Vacuum in conspectu Domini minimè apparendum.

Tribus

l. *al.* Domini Dei. m. *al.* districta. n. *al* vel. o. *al.* aborta fuerit. p. *al.* furto. q. *al.* aduenæ. r. *al.* de. s. *al.* edendum. t. *al.* audierit. u. testes iniquos. x. *Forte*, ad malum *iuxta LXX.* y. *al.* in iudicio. z. *al.* omittit, Nec. a. *al.* agendum.

b XC. Tribus temporibus anni omne masculinum [b] apparere Domino.

XCI. Primitias terræ offerendas.

XCII. Non coquendum agnum in lacte matris suæ.

XCIII. Angelum promittit Dominus, qui præcedat.

XCIV. Qui Deum audierit, liberari ab inimicis.

XCV. Deos alienigenarum non adorandos.

c XCVI. Timorem & vespas missurum Dominum, qui [c] eijciat alienigenas.

d XCVII. [d] Dicit Dominus Moysi ascēdere ad se in montem cum maioribus natu.

XCVIII. Aedificauit Moyses altare ex duodecim lapidibus.

XCIX. Ascendit Moyses cum maioribus natu.

C. Omnes electi venerunt in loco Dei.

e CI. [e] Dicit Dominus Moysi vt ascendat in montem accipere Tabulas Testamenti.

CII. Ascendit Moyses: & descendit ad eum maiestas Domini.

CIII. Dicit Dominus offerri initia ad Tabernaculum faciendum.

CIV. De fabrica Arcæ & Mensæ & Tabernaculi.

CV. De fabrica Altaris.

CVI. De oleo Lucernæ.

CVII. De Aaron & filijs eius, vt Sacerdotio fungantur.

CVIII. De Stola sancta.

CIX. De veste Sacerdotali.

CX. De ordinandis Sacerdotibus, & de hostia immolanda.

CXI. De altare incensi.

f CXII. [f] De oblatione odorationis.

CXIII. Sacerdotes lauare manus & pedes, cùm accedunt sacrificare De oleo linitionis sancto

CXIV. De vnguento incensi.

g CXV. De Beselehel, quem [g] impleuit Dñs spiritu [h] sapientiæ h ad omne opus.

CXVI. De Sabbato obseruando.

CXVII. Vbi dat Dominus Moysi Tabulas Testamenti.

CXVIII. Fecit Aaron vitulum conflatile.

CXIX. Dicit Dominus Moysi. *Descende velociter.*

CXX. Orauit Moyses pro populo.

CXXI. Vidit Moyses vitulum; & [i] confregit Tabulas. i

CXXII. Dicit Moyses ad Aaron. *Quare hoc fecisti?*

CXXIII. Iussit Moyses [k] populo vt [l] occiderent inuicem. k l

CXXIV. Rogat Moyses pro populo, vt dimittat illis Dominus peccatum eorum.

CXXV. Dicit Dñs Moysi. [m] *Ascende in terrã, quã iurauit patribus vestris.* m

CXXVI. Increpat Dominus populum: & loquitur ad Moysen in columna nubis.

CXXVII. Locutus est Dominus ad Moysen, quomodo loquitur quis ad amicum suum.

CXXVIII. Petit Moyses videre Dominum: & ait illi Dominus. *Non potes videre faciem meam.*

CXXIX. Ascendit Moyses in montem: & Dominus descendit ibi.

CXXX. Omne [n] primitiuum iubet sibi offerri Dominus. n

CXXXI. Non manducauit Moyses [o] diebus quadraginta, cùm scribit verba Testamenti. o

CXXXII. Gloriosa facta est facies Moysi: & velabat faciem suam.

CXXXIII. De die Sabbatorum.

CXXXIV. Initia iubet offerri Domino quæcumque disposuissent in corde suo ad opus Tabernaculi & Altaris, & stolam [p] rerum Sacerdotalium. p

CXXXV. Fecerunt Beselcel & [q] Eliab & omnis sapiens stolas [r] sanctas. q r

b. *al.* parare. c. *al.* eieceret. d. *al.* Dixit. e. *al.* Dixit. f. *al.* Oratione exorationis. *al.* Oblatione exorationis. *al.* Oblatione exhortationis. g. *al.* repleuit. h. *al.* omnis sapientiæ. i *al.* Fregit. K. *al.* ad populum l. *al.* occiderentur. *al.* occideret. m. *al.* Ascendite. n. *al.* primitium. o. *al.* XL diebus. p. *al.* rem, *al.* stolam Sacerdotalium. q. Ooliab. r. *al.* suas. *lege*, Sanctorum *iuxta* LXX.

CXXXVI. Fecit Beseleel arcam [ſ] Testimonij & mensam & candelabrum & septem lucernas & altare [t] æreum & oleum [u] liniamenti.

CXXXVII. In die primo mensis primi præcepit Dominus Moysi, sanctificare omnia, & inducere Aaron stolam sanctam eius.

CXXXVIII. In primo mense, secũdo anno profectionis de Aegypto, statuit Moyses Tabernaculum [x] Testimonij.

CXXXIX. Consummato Tabernaculo, texit nubes Tabernaculum: & maiestas Domini impleuit illud.

Explicit Capitula.

Codd. Oratorij B. vj. B. vij. S Pauli. S. Petri 21. & Vatic. 4220.

Incipit Liber (*) Ellesmoth, id est, Exodi.

I. c. 1. ℣. 1.

HAec sunt nomina filiorum Israel, qui ingressi sunt in Aegyptum cũ Iacob.

II. c. 2. ℣. 1.

Egressus est post hæc vir de domo Leui, accepta vxore stirpis suæ.

III. c. 2. ℣. 11

In diebus illis postquam creuerat Moyses, egressus ad fratres suos.

IV. c. 2. ℣. 23.

Post multum temporis mortuus est rex Aegypti: & ingemescentes filij Israel.

V. c. 3. ℣. 1.

Moyses autem pascebat oues Iethro soceri sui Sacerdotis Madian.

VI. c. 4. ℣. 2.

Dixit ergo ad eum. Quid est quod tenes in manu tua? Respondit. Virga.

VII. c. 4. ℣. 6.

Dixitque Dominus rursum. Mitte manum tuam in sinum tuum.

VIII. c. 4. ℣. 9.

Quòd si nec duobus quidem his signis crediderint, neque audierint vocem tuam.

IX. c. 4. ℣. 18.

Abiit Moyses, & reuersus est ad Iethro cognatũ suum; dixitq; ei. Vadã & reuertar.

X. c. 4. ℣. 19.

Dixit ergo Dominus ad Moysen in Madian. Vade & reuertere in Aegyptum.

XI. c. 4. ℣. 27.

Dixit autem Dominus ad Aaron. Vade in occursum Moysi in deserto, qui perrexit.

XII. c. 5. ℣. 1.

Post hæc ingressi sũt Moyses & Aaron & dixerũt Pharaoni. Hæc dicit Dñs. Dimitte.

XIII. c. 6. ℣. 2.

Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens. Ego Dominus, qui apparui Abraham.

XIV. c. 6. ℣. 13.

Locutusque est Dominus ad Moysen & Aaron; & dedit mandatum ad filios Israel.

XV. c. 6. ℣. 29.

Et locutus est Dominus ad Moysen dicens. Ego Dñs: loquere ad Pharaonem.

XVI. c. 7. ℣. 7.

Erat autem Moyses octoginta annorum, & Aaron octoginta triũ, quando locuti sunt.

I. c. 7. ℣. 14.

Dixit autem Dñs ad Moysen. Ingrauatũ est cor Pharaonis, non vult dimittere.

II. c. 8. ℣. 1.

Dixitque Dñs ad Moysen. Ingredere ad Pharaonem; & dices ad eum. Hæc d. D.

III. c. 8. ℣. 16.

Dixitque Dominus ad Moysen. Loquere ad Aaron: Extende virgã tuã & percute.

IV. c. 8. ℣. 20.

Dixit quoq; Dominus ad Moysen. Consurge diluculò; & sta coram Pharaone.

V. c. 9. ℣. 1.

Dixit autẽ Dñs ad Moysen. Ingredere ad Pharaonem; & loquere ad eũ. Hæc d. D.

VI. c. 9. ℣. 8.

Et dixit Dominus ad Moysen & Aaron. Tollite plenas manus cineris de camino.

VII. c. 9. ℣. 13.

Dixit quoq; Dñs ad Moysen. Manè consurge; & sta corã Pharaone; & dices ad eum.

VIII. c. 10. ℣. 1.

Et dixit Dñs ad Moysen. Ingredere ad Pharaonem: ego enim indurauí cor eius.

Dixit

ſ. al. Testamenti. t. al. eneum. u. al. ad liniendam. x. al. Testamenti.
* al. Heliosmoth.

IX. c. 10. ℣. 21.
Dixit autem Dñs ad Moysen. Extende manum tuam in cælum: & fiat tenebræ.
XVII. c. 11. ℣. 1.
Et dixit Dominus ad Moysen. Adhuc vna plaga tangam Pharaonē & Aegyptum.
XVIII. c. 12. ℣. 1.
Dixit quoq; Dñs ad Moysen & Aaron in terra Aegypti. Mensis iste vobis principium mensium.
X. c. 12. ℣. 29.
Factum est autem, in noctis medio percussit Dñs omne primogenitū in terra Aegypti.
XIX c. 12. ℣. 40.
Habitatio autē filiorū Israel qua mãserãt in Aegypto, fuit quadringēt. triginta ãnorū.
XX. c. 12. ℣. 43.
Dixitque Dominus ad Moysen & Aarōn. Hæc est religio Phase. Omnis alienigena.
XXI. c. 13. ℣. 1.
Locutusque est Dñs ad Moysen dicens, Sanctifica mihi omne primogenitum.
XXII. c. 13. ℣. 17.
Igitur cùm emisisset Pharao populū, non eos duxit Deus per viam terræ Philisthijm.
XXIII. c. 14. ℣. 1.
Locutus est Dñs ad Moysen, dicens. Loquere filijs Israel. reuersi castrametentur.
XXIV. c. 15. ℣. 1.
Tunc cecinit Moyses & filij Israel carmen hoc Domino; & dixerunt.
Cantemus Domino.
XXV. c. 15. ℣. 20.
Sūpsit ergo Maria Prophetissa soror Aaron tympanum in manu: egressæque sunt.
XXVI. c. 15. ℣. 22.
Tulit autem Moyses Israhel de mari rubro: & egressi sunt in desertum Sur.
XXVII. c. 15. ℣. 27.
Venerunt autē in Helim, vbi erant duodecim fontes aquarū & septuaginta palmæ.
XXVIII. c. 16. ℣. 11.
Locutus est autē Dñs ad Moysen, dicens. Audiui murmurationes filiorum Isrhael.
XXIX. c. 16. ℣. 35.
Filij autem Israhel comederūt man quadraginta annis, donec venirent in terram.
XXX. c. 17. ℣. 1.
Igitur profecta omnis mūltitudo filiorū Israhel de deserto Sin per mansiones suas.
XXXI. c. 17. ℣. 8.
Venit autem Amalech; & pugnabat contra Israhel in Raphidim. dixitque Moyses ad Iosue.

XXXII. c. 18. ℣. 1.
Cùmq; audisset Ietrho Sacerdos Madian cognatus Moysi, omnia quæ fecerat Deus.
XXXIII c. 18. ℣. 13.
Altera autem die sedit Moyses vt iudicaret populū, qui adsistebant Moysi de manè.
XXXIV. c. 19. ℣. 1.
Mense tertio egressionis Israhel de terra Aegypti in die hac venerūt in solit. Synai.
XXXV. c. 19. ℣. 10.
Qui dixit ei. Vade ad populū; & sãctifica illos hodie & cras: lauentq; vestimenta sua.
XXXVI. c. 19. ℣. 24.
Cui ait Dominus. Vade, descende; ascendesque tu & Aaron tecū. Sacerdotes autem.
XXXVII. c. 20. ℣. 1.
Locutusq; est Deus cūctos sermones hos. Ego sum Dñs Deus tuus, qui eduxi te.

I.
Non habebis deos alienos coram me.
II.
Non facies tibi sculptile neq; omnem similitudinem, quæ est in cælo desuper.
III.
Non adsumes nomen Domini Dei tui in vanum.
IV.
Memento vt diem Sabbati sanctifices.
V.
Honora patrem tuum & matrem tuam.
VI.
Non occides.
VII.
Non mœchaberis.
VIII.
Non furtum facies.
IX.
Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.
X.
Non concupisces domum proximi tui: nec desiderabis vxorem eius.

XXXVIII. c. 20. ℣. 18.
Cunctus autem populus videbat voces & lãpades & sonitū buccinæ, mōtēq; fumantē
XXXIX. c. 20. ℣. 22
Dixitq; præterea Dñs ad Moysen. Hæc dices filijs Israhel. Vos vidistis quòd de cęlo.
XL. c. 21. ℣. 1.
Hæc sunt iudicia quæ propones eis. Si emeris seruū Hebræū, sex annis seruiet tibi.
XLI. c. 21. ℣. 7.
Si quis vendiderit filiā suā in famulā, non egredietur, sicut ancillæ exire consueuerunt.
Qui

XLII. c.21.℣.12.

Qui percusserit hominem, volens occidere, morte moriatur.

XLIII. c.21.℣.14.

Si quis per industriam occiderit proximũ suum & per insidias.

XLIV. c.21.℣.15.

Qui percusserit patrem suum aut matrem.

XLV. c.21.℣.16.

Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum.

XLVI. c.21.℣.17.

Qui maledixerit patri suo vel matri.

XLVII c.21.℣.18.

Si rixati fuerint viri, & percusserit alter proximum suum lapide vel pugno.

XLVIII. c.21.℣.20.

Qui percusserit seruum suum vel ancillã virga; & mortui fuerint.

XLIX. c.21.℣.22.

Si rixati fuerint viri; & percusserit quis mulierẽ prægnantẽ,& abortiuũ quidẽ fecerit.

L. c.21 ℣.23.

Sin autem mors eius fuerit subsecuta, reddet animam pro anima.

LI. c.21.℣.26.

Si percusserit quispiam oculum serui sui aut ancillæ; & luscos eos fecerit.

LII. c.21.℣.28.

Si bos cornu petierit virũ aut mulierem; & mortui fuerint.

LIII. c.21.℣.33.

Si quis aperuerit cisternã & foderit, & nõ operuerit eã;cecideritq; bos vel asinus in eã.

LIV. c.21.℣.35.

Si bos alienus bouem alterius vulnerauerit, & ille mortuus fuerit.

LV. c.22.℣.1.

Si quis furatus fuerit ouem aut bouem, & occiderit vel vendiderit.

LVI. c.22.℣.2.

Si effringẽs fur domũ siue suffodiẽs, fuerit inuentus,& accepto vulnere mortuus fuerit.

LVII. c.22.℣.5.

Si læserit quispiã agrũ vel vineam; & dimiserit iumentũ suum vt depascatur aliena.

LVIII. c.22.℣.6.

Si egressus ignis inuenerit spicas;& comprehẽderit aceruos frugũ siue stãtes segetes.

LIX. c.22.℣.7.

Si quis commendauerit amico pecuniam vel vas in custodiã; & ab eo qui susceperat.

LX. c.22.℣.10.

Si quis cõmendauerit proximo suo asinũ, bouem, ouem & omne iumentũ ad custodiã.

LXI. c.22.℣.14.

Qui à proximo suo quicquã horũ mutuũ postulauerit, & debilitatũ aut mortuũ fuerit.

LXII. c.22.℣.16

Si seduxerit quis virginem necdum desponsatam, dormieritq; cum ea, dotabit eã.

LXIII. c.22.℣.18.

Maleficos non patieris viuere.

LXIV. c.22.℣.19.

Qui coierit cum iumento.

LXV. c.22.℣.20.

Qui immolat dijs, occidetur.

LXVI. c.22.℣.21.

Aduenam non contristabis, neque affliges eum.

LXVII. c.22.℣.22.

Viduæ & pupillo non nocebitis. si læseritis eos; vociferabuntur ad me.

LXVIII. c.22.℣.25.

Si pecuniam mutuã dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, non vrgues eum.

LXIX. c.22.℣.28.

Dijs non detrahes & principi p. t. n. m.

LXX. c.22.℣.29.

Decimas tuas & primitias non tardabis offerre.

LXXI c.22.℣.29.

Primogenitum filiorum tuorum dabis mihi.

LXXII. c.22.℣.31.

Viri sancti eritis mihi. carnẽ quæ à bestijs fuerit prægustata, non comedetis.

LXXIII. c.23.℣.1.

Non suscipies vocem mendacij.

LXXIV. c.23.℣.1.

Nec iunges manum tuam, vt pro impio dicas falsum testimonium.

LXXV. c.23.℣.2.

Non sequeris turbam ad faciendum malum.

LXXVI. c.23.℣.2.

Nec in iudicio, plurimorum adquiesces sententiæ, vt à vero deuies.

LXXVII. c.23.℣.3.

Pauperis quoque non misereberis in iudicio.

LXXVIII. c.23.℣.4.

Si occurreris boui inimici tui aut asino erranti, reduc ad eum.

Si vi-

LXXIX. c.23.V.5.

Si videris asinũ odiẽtis te, iacere sub onere, non pertransibis sed subleuabis cum eo.

LXXX. c.23.V.6.

Non declinabis in iudicium pauperis.

LXXXI. c.23.V.7.

Mendacium fugies.

LXXXII. c.23.V.7.

Insontem & iustum non occides.

LXXXIII. c.23.V.7.

Quia auersor impium. ne accipies munera quæ excæcant etiam prudentes.

In Cod. Vat. incipit. Ne accipias munera.

LXXXIV. c.23.V.9.

Peregrino molestus non eris.

LXXXV. c.23.V.12.

Sex diebus operaberis: septima die cessabis, vt requiescat bos & asinus tuus.

LXXXVI. c.23.V.13.

Omnia quæ dixi vobis, custodite: & per nomen externorum deorum non iurabitis.

LXXXVII. c.23.V.14.

Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis.

LXXXVIII. c.23.V.15.

Sollemnitatem Azymorum custodies. Septem diebus comedes azyma.

LXXXIX. c.23.V.15.

Tempore mensis nouorũ quando egressus es de Aegypto,nõ apparebis in consp. m.u.

XC. c.23. V.17.

Ter in anno apparebit omne masculinũ tuum coram Domino Deo tuo.

XCI. c.23.V.19.

Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum Domini Dei tui.

XCII. c.23.V.19.

Non coques hœdum in lacte matris suæ.

XCIII. c.23.V.20.

Ecce ego mittam Angelum, qui præcedat te; & custodiat in via.

XCIV. c.23.V.22.

Quòd si audieris vocem eius,& feceris omnia quæ loquor;inimicus ero inimicis tuis.

XCV. c.23.V.24.

Non adorabis deos eorũ; nec coles eos. non facies opera eorum; sed destrues eos.

XCVI. c.23.V.27.

Terrorẽ meũ mittã in præcursũ tuum: & occidam omnẽ populũ,ad quẽ ingredieris.

XCVII. c.24. V.1.

Moysi quoq; dixit. Ascende ad Dñm, tu & Aarõ,Nadab & Abiu & septuaginta Senes

XCVIII c.24.V.4.

Scripsit autẽ Moyses vniuersos sermones Dñi: & manè consurgens,ædificauit altare.

XCIX. c.24.V.9.

Ascenderuntq; Moyses & Aaron, Nadab & Abiu & septuaginta de Senioribus Israel.

C. c.24.V.10.

Et viderunt Deum Israhel,& sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini.

CI. c.24.V.12.

Dixit autem Dñs ad Moysen. Ascende ad me in montem; & esto ibi.

CII. c.24.V.16.

Septimo autẽ die vocauit eum de medio caliginis. erat autem species gloriæ Dñi.

CIII. c.25.V.1.

Locutusq; est Dñs ad Moysen dicẽs. Loquere filijs Israhel,vt tollãt mihi primitias.

CIV. c.25.V.3.

Hæc sunt autẽ quæ accipere debetis: aurũ & argentũ & æs,hyacinthũ & purpuram.

CV. c.25.V.10.

Arcam de lignis Setim compingite: cuius longitudo habeat duos semis cubitos.

Hoc caput CV. vt suo correspondeat Titulo, videtur ab eo loco inchoandũ, vbi dicitur c.27. V.1. Facies altare de lignis Setim:quod habebit quinq; cubitos in longitudine,& totidem in latitudine, id est, quadrum.

CVI. c.27.V.20.

Præcipe filijs Israel vt afferãt tibi oleũ de arboribus oliuarũ purissimũ,piloq; cõtusũ.

CVII. c.28.V.1.

Applica quoque ad te Aaron fratrem tuũ cum filijs suis de medio filiorum Israhel.

CVIII. c.28.V.2.

Faciesque vestem sanctam fratri tuo in gloriam & decorem.

CIX. c.28.V.4.

Hæc autem erunt vestimẽta,quæ facient. Rationale & superhumerale, tunicam.

CX. c.28.V.38.

Portabitq; Aaron iniquitates eorũ, quæ obtulerunt & sanctificauerunt filij Israhel.

CXI. c.29.V.9

Postquã iniciaueris manus eorũ, applicabis & vitulũ corã Tabernaculo Testimonij.

Et hoc Caput CXI. ad Titulum suum rectius inciperet ab his verbis c.30.V.1. Faciesquoq; altare ad adolendum thymiama, de lignis Setim: habens cubitum longitudinis,& alterum latitudinis, idest, quadrangulum.

CXII. c. 29. ℣. 19.

Tolles quoq; arietem alterum; super cuius caput Aaron & filij eius ponent manus. *Hoc Caput CXII. in quatuor Codicibus sic incipit.* Oblatio est Domino, odor suauissimus, victima Dei. Tolles quoque arietem alterũ *&c. Sed melius ad Titulum propositum inchoaretur ab hoc loco c. 30. ℣. 7* Et adolebit incensum super eo Aaron, suaue fragrans, manè Quando componet lucernas, incendet illud.

CXIII. c. 30. ℣. 17.

Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens, Facies & labium æneum cum basi sua.

CXIV. c. 30. ℣. 22.

Locutusq; est Dñs ad Moysen, dicens. Sume tibi aromata primæ zmyrna & electæ.

CXV. c. 31. ℣. 1.

Locutusq; est Dñs ad Moysẽ, dicens. Ecce vocaui ex nomine Beseleel filium Vri.

CXVI. c. 31. ℣. 12.

Et locutus est Dominus ad Moysen. Loquere filijs Israel, & dices ad eos. Videte vt Sabbatum meum custodiatis.

CXVII. c. 31. ℣. 18.

Dedit quoque Moysi, completis huiuscemodi sermonibus in monte Sinai duas Tabulas Testimonij lapideas.

CXVIII. c. 32. ℣. 1.

Videns autem populus quòd moram faceret descendendi de monte Moyses.

CXIX c. 32. ℣. 7.

Locutus est autẽ Dñs ad Moysen dicens. Vade, descende: peccauit populus tuus.

CXX. c. 32. ℣. 11.

Moyses autem orabat Dñm Deum suum, dicens. Cur, Domine, irascitur furor tuus?

CXXI. c. 32. ℣. 5.

Et reuersus est Moyses de monte, portans duas Tabulas Testimonij in manu.

CXXII. c. 32. ℣. 21.

Dixitq; ad Aarõ, Quid tibi fecit hic populus, vt induceres super eũ peccarũ maximũ?

CXXIII. c. 32. ℣. 25.

Videns ergo Moyses populũ quòd esset nudatus; expoliauerat enim eum propter ignominiam sordis. *ita vnus Codex. ceteri verò hinc incipiunt.*

Et stans in porta castrorum, ait. Si quis est Dñi, iungatur mihi, congregatiq; sunt.

CXXIV c. 32. ℣. 30.

Facto autẽ die altero, locutus est Moyses ad populum. Peccastis peccarũ maximum.

CXXV. c. 33. ℣. 1.

Locutusq; est Dñs ad Moysen. Vade descende de loco isto, tu & populus tuus.

CXXVI. c. 33. ℣. 5.

Dixitq; Dñs ad Moysen. Loquere filijs Israel. Populus duræ ceruicis es.

CXXVII. c. 33. ℣. 11.

Loquebatur autẽ Dñs ad Moysen facie ad faciẽ, sicut loqui solet homo ad amicũ suũ.

CXXVIII. c. 33. ℣. 13.

Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam; vt sciam te.

CXXIX. c. 34. ℣. 1.

Ac deinceps. Præcide, ait, tibi duas Tabulas lapideas instar priorum: & scribam.

CXXX. c. 30. ℣. 19.

Omne quod aperit vuluam, generis masculini, meũ erit. de cunctis animantibus.

CXXXI. c. 31. ℣. 28.

Dixitq; Dñs ad Moysen: Scribe tibi verba hæc, quibus & tecũ & cum Israhel. p. f.

CXXXII. c. 30. ℣. 32.

Cumque descenderet Moyses de monte Synai, tenebat duas Tabulas Testimonij.

CXXXIII. c. 33. ℣. 1.

Igitur cõgregata omni turba filiorũ Israel, dixit ad eos. Hæc sunt quæ iussit Dñs fieri.

CXXXIV. c. 34 ℣. 4.

Et ait Moyses ad omnẽ cateruã filiorum Israhel. Iste est sermo quem præcepit Dñs, dicens. Separate apud vos primitias.

CXXXV. c. 35 ℣. 30.

Dixitq; Moyses ad filios Israhel. Ecce vocauit Dñs ex nomine Beseleel filiũ Vri.

CXXXVI. c. 38. ℣. 1.

Fecit autem Beseleel & arcam de lignis Setim, habẽtẽ duos semis cubitos in lõgi u.

CXXXVII. c. 37. ℣. 1.

Locutusq; Dñs ad Moysen dicens. Mense primo, die prima mẽsis eriges Tabern. Test.

CXXXVIII. c. 38. ℣. 15.

Igitur mense primo anni secundi, in prima die mensis collocatũ est Tabernaculũ.

CXXXIX. c. 39. ℣. 31.

Postquã cũcta perfecta sunt, operuit nubes Tabernaculũ Testimonij.

* *Explicit Ell smoth, id est, Exodus.*

Vers. III.

[*hoc est*, 3000.]

Codd.

* *al.* Explicit Liber Exodus, *leg.* Veelle Semoth.

[Codd. S. Pauli, Oratorij B. vj. B. vij. S. Petri 21. & Vatican. 4220.]

Incipiunt Capitula (*) Libri Leuitici [iuxta Veterem Latinam Editionem ex Lxx. Interpretibus .]

Cap. I. LOcutus est Dominus ad Moysen de Tabernaculo Testimonij, & de sacrificijs. [a]

II. Quid offeratur pro delicto ignorantiæ à Sacerdote vel populo, dicit Moysi.

III. Quid pro negligentia.

IV. De commendato & inuento, si mentiatur aut iuret iniustè.

V. De Holocausto.

VI. De sacerdote uncto: & quid offerant.

VII. De Hostia pro delicto.

VIII. Adipem & sanguinem & à fera comestum, non manducandum.

IX. De Sacrificio salutari.

X. Lauit Moyses Aaron & filios eius: & induit eum vestem Sacerdotalem.

XI. Vnxit Aaron & filios eius; [&] vestiuit: & obtulerunt holocausta & sacrificia: & descendit ignis, & [b] consumpsit omnia.

XII. Nadab & Abiud offerentes ignē alienum, igni cælesti consumpti sunt.

XIII. Iubet Sacerdotes, eùm accedunt ad altare, vinum non bibere.

XIV. De sacrificio quod [c] remanserit, Sacerdotes eum suis [d] præcepit manducare.

XV. De pecoribus manducandis.

XVI. De piscibus [e] quæ manducentur.

XVII. De volatilibus non manducandis.

XVIII. De pecoribus non manducandis.

XIX. De reptilibus immundis.

XX. De muliere, quæ masculum [f] pepererit.

XXI. De ea, quæ puellam [f] pepererit.

XXII. De tactu lepræ.

XXIII. Mundatum à lepra ostendi Sacerdoti; & sic intrare in Castra.

XXIV. De macula lepræ in domo.

XXV. De viro, cui fuerit fluxus ex corpore.

XXVI. De muliere, quæ fuerit in fluxu sanguinis.

XXVII. Non debere Aaron ingredi assiduè interiùs [g] in Sancta.

XXVIII. Septimo mense, [h] decimo die mensis ieiunandum.

XXIX. [i] Sacrificia per Dei Sacerdotes offerenda.

XXX. Sanguinem [k] & per se mortuum, non manducandum.

XXXI. Morticinum & à fera captum, non [l] manducandum.

XXXII. Cum omni domestica generis non dormiendum.

XXXIII. Non adulterandum.

XXXIV. Sanctos esse debere qui ad Deū pertineant: & parentes diligere.

XXXV. Reliquias messis pauperibus dimittendas.

XXXVI. Non furandum: nec mentiendum: nec periurandum: neque delaturam faciendam.

XXXVII. Proximum non lædendum.

XXXVIII. Mercedem mercenarij non detinendam.

XXXIX. *Non maledices surdo.*

XL. *Ante cæcum non pones offendiculum.*

XLI. *Dominum Deum tuum timebis.*

XLII. *Non iudicabis iniustè.*

XLIII. *Personas non accipies.*

XLIV. *Non ambulabis dolosè.*

XLV. *Non insistes in sanguinem proximi tui.*

XLVI. *Non oderis fratrem tuum: nec vindicabis teipsum.*

XLVII. *Diliges proximum tuum [m] tamquam*

* *al.* in Libro. a. *al.* eius. b. *al.* combussit. c. *al.* remanserat. d. *al.* præcipit. e. *al.* qui. f. *al.* peperit. g. *al.* in Sancto, *leg.* in Sanctum. h. *al.* decima. i. *al.* De sacrificijs ..... offerendis. k. *al.* sine mortuum. l. *al.* manducanda. m. *al.* sicut teipsum.

tamquam te.

n XLVIII. *Iumenta tua non fines coire diuerso [n] generi.*

o XLIX. *Veste, quæ [o] ex discoloribus est, non indueris.*

L. Si quis dormierit cum ancilla desponsata viro.

p LI. Non [p] auguriandum vel auspicandum.

q LII. *Non prophanabis filiam tuam in [q] mœchiam.*

LIII. Ventriloquos & incantatores non audiendos.

LIV. Seniores & Presbyteros honorandos.

LV. Aduenam diligendum.

LVI. Pondera & mensuras æquas habendas.

LVII. Quicumque dederit filiam suam principi Moloch, morte moriatur.

LVIII. Quicumq; sequutus fuerit ventriloquos aut præcantatores, perire de populo Dei.

LIX. Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur.

r LX. [r] Adulteri pariter moriantur.

LXI. Cum vxore patris qui dormierit, ambo moriantur.

LXII. Si quis manserit cum nuru sua, ambo moriantur.

ſ LXIII. Quicumque manserit cum masculo concubito [ſ] muliebri, ambo moriantur.

LXIV. Quicumq; acceperit mulierem & matrem eius, igni cremabuntur.

LXV. *Quicumque dederit concubitum in quadrupede, moriatur: & quadrupedem occidetis.*

t LXVI. Quæcumque mulier ad aliquod pecus accesserit causa coitus, [t] occidantur.

u LXVII. Quicumq; acceperit sororem suā [u] extirpabuntur de populo.

x LXVIII. Siquisquam cum menstruata coierit, vel cum vxore [x] patrui vel auunculi, vel cum [vxore] fratris sui.

LIX. Ventriloquum & incantatorem lapidandos.

LXX. Sacerdotes in nullo inquinari, sed esse sanctos.

LXXI. Filia viri Sacerdotis si prostituatur ad fornicandum, igne [y] cremabitur. y

LXXII. Homo, in quo fuerit macula, nō accedet offerre dona Deo.

LXXIII. Sacerdotem, in quo fuerit immunditia, & sic accesserit ad Sancta, exterminari à Deo: & de sanctis extraneus non manducet.

LXXIV. Maculosa & vitiosa non offerenda.

LXXV. De sacrificio [z] orationis. z

LXXVI. De Sabbato obseruando.

LXXVII. De Pascha & [a] Azyma. a

LXXVIII. De primitiis messis offerendis.

LXXIX. De mense septimo.

LXXX. Ad lumen lucernæ oleum [b] inferendum. b

LXXXI. Eum qui blasphemauerit, lapidandum.

LXXXII. Eum qui occiderit, occidendum. & de Iubileo.

LXXXIII. De fratre paupere.

LXXXIV. De fratre venundato & comparato.

LXXXV. Idola non facienda.

LXXXVI. Sabbata seruanda.

LXXXVII. Bellum [c] afuturum, si mandata custodiantur. c

LXXXVIII. In tribulationibus & fame & plagis malis castigandos, si præcepta [d] non seruentur. d

LXXXIX. Votū masculi vel feminæ pretio offerendum: in pecudibus verò non mutandum.

Expliciunt Capitula.

[*Cod. S. Petri*, 21.]

[*De Exodo.*]

IN nubis medio Moyses flammæque vocatus

Con-

n. *al.* genere. o. *al.* de coloribus. *al.* excelsis, *leg.* ex duobus texta. p. *al.* augurandum. q. *al.* mœchandum. *al.* in mœcham. r. *al.* Adulter item moriatur. ſ. *al.* mulieri. t. *al.* *addit* ambo. *al.* occidetur. u. *al.* extirpatur. x. *al.* patris. y. *al.* cremabuntur. z. *LXX. habent*, Thysian euchen. *porro* Euche *in sacris Litteris nunc* Votum *redditur*, *nunc* Oratio. a. *al.* Azymis, b. *al.* offerendum, c. *al.* affuturum, *leg.* absfuturum, d. *al.* non seruantur.

Conſcendit montem, longè ſiſtente miniſtro.
Ac præcepta Dei Tabulis bis quina notata
Suſcepit Legis lūm præferre peritus
Experti populo: videat quò noſcere verum;
Et linquens, credat Domino, ſimulacra nefanda.

[*De Leuitico*.]

Fulgida ſacratis pollent Tentoria velis:
Et veſtes Aaron prolis ſeu linea candida Deus
Balteus, ac Cidaris, lapides, & Chriſmatis vnctus
Victima ceſſa boum nec non holocauſta.
Et totus paſſim typicus Leuiticus Ordo
Dulciter aſpirat, cæleſtia dona ferendo.

[*Codd. S. Pauli, Oratorij B. vj. B. vij. S. Petri 21. Vatic.* 4220.]

Incipit Liber LEVITICI qui Hebraicè dicitur Vaiecra.

I. c. 1. ℣. 1.

VOcauit autem Moyſen; & locutus eſt ei Dn̄s de tabernaculo Teſt. dicens.

II. c. 4. ℣. 1.

Locutuſque eſt Dn̄s ad Moyſen, dicens. Loquere filijs Iſrahel. Anima cū peccauerit per ignorantiam.

III. c. 5. ℣. 1.

Si peccauerit anima, & audierit vocem iurantis, teſtiſq; fuerit quod aut ipſe vidit.

IV. c. 6. ℣. 1.

Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens. Anima quæ peccauerit, & contempto Dn̄o.

V. c. 6. ℣. 8.

Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens. Præcipe Aaron & filijs eius. Hæc eſt Lex Holocauſti.

VI. c. 6. ℣. 19.

Locutus eſt Dn̄s ad Moyſen, dicens. Hæc eſt oblatio Aaron & filiorum eius, quam offerre debent Domino.

VII. c. 6. ℣. 24.

Locutus eſt Dn̄s ad Moyſens, dicens. Loquere Aaron & filijs eius. Iſta eſt Lex Hoſtiæ pro peccato.

VIII. c. 7. ℣. 22.

Locutuſq; eſt Dn̄s ad Moyſen, dicens. Loquere filijs Iſrahel: Adipē bouis & ouis.

IX. c. 7. ℣. 28.

Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens. Loquere filijs Iſrahel, dicens. Qui offert victimam pacificorum.

X. c. 8. ℣. 1.

Locutuſq; eſt Dn̄s ad Moyſen, dicēs. Tolle Aaron cum filijs ſuis, veſtes eorum.

XI. c. 8. ℣. 4

Fecit Moyſes vt Dn̄s imperarat: congregataque omni turba ante fores, ait.

XII. c. 10. ℣. 1.

Arreptiſque Nadab & Abiu filij Aaron thuribulis ſuis, poſuerunt ignē & incenſum.

XIII. c. 10. ℣. 8.

Dixit quoq; Dn̄s ad Aaron. Vinū & omne quod inebriare poteſt, nō bibes tu & filij tui.

XIV. c. 10. ℣. 12.

Locutuſque eſt Moyſes ad Aaron & ad Eleazar atque Ithamar filios eius, qui reſidui erant. Tollite ſacrificium.

XV. c. 11. ℣. 1.

Locutus eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, dicens. Dicite filijs Iſrahel. Hæc ſunt animalia quæ comedere debetis.

XVI. c. 11. ℣. 9.

Hæc ſunt quæ gignuntur in aquis, & veſci licitum eſt. Omne quod habet pennulas.

XVII c. 11. ℣. 13.

Hæc ſunt quæ de auibus comedere non debetis, & vitanda ſunt vobis: aquilam & grypem.

XVIII. c. 11. ℣. 20.

Omne de volucribus quod graditur ſuper quatuor pedes, abominabile erit vobis.

XIX. c. 11. ℣. 41.

Omne quod repeat ſuper terram, abominabile erit vobis; nec aſſumetur in cibum.

XX. c. 12. ℣. 1.

Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicēs. Loquere filijs Iſrahel; & dices ad eos. Mulier ſi, ſuſcepto ſemine, pepererit maſculum.

XXI. c. 12. ℣. 5.

Sin autem feminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus iuxta ritū fluxus.

XXII. c. 13. ℣. 1.

Locutus eſt Dn̄s ad Moysē & Aarō, dicēs. Homo, in cuius carne & cute ortus fuerit.

XXIII c. 14. ℣. 1.

Locutuſq; eſt Dn̄s ad Moyſen, dicens. Hic eſt ritus leproſi. Quando mundandus eſt.

XXIV. c. 14. ℣. 33.

Locutuſq; eſt Dn̄s ad Moyſen & Aaron, dicens. Cùm ingreſſi fueritis terrā Chanaan.

XXV. c.15.℣.1.

Locutusque est Dñs ad Moysen & Aaron, dicens. Loquimini filijs Israhel, & dicite eis. Vir qui patitur fluxum seminis.

XXVI. c.15.℣.19.

Mulier, quæ redeunte mense patitur fluxum sanguinis, septem diebus separabitur.

XXVII. c.16.℣.1.

Locutusq; est Dñs ad Moysen post mortẽ duorum filiorum Aaron, quãdo offerentes.

XXVIII. c.16.℣.29.

Mense septimo, decima die mensis affligetis animas vestras: nullumq; facietis opus.

XXIX. c.17.℣.1.

Locutus est Dñs ad Moysen, dicens. Loquere Aaron & filijs eius, & cunctis filijs Israhel; & dices ad eos. Iste est sermo quem mandauit Dominus, dicens. Homo quilibet de domo Israel, si occiderit bouem.

XXX. c.17.℣.10.

Homo quilibet de domo Israhel, & de aduenis qui peregrinantur inter vos, si comederit sanguinem.

XXXI. c.17.℣.15.

Anima quæ comederit morticinum vel captũ à bestia, tã de indigenis quã de aduen.

XXXII. c.18.℣.1.

Locutusque est Dñs ad Moysen, dicens. Loquere filijs Israhel & dices ad eos. Ego Dñs Deus vester iuxta cõsuet. ter. Aegypti.

XXXIII. c.18.℣.21.

Cum masculo non commisceberis coitu femineo; quia abominatio est.

XXXIV. c.19.℣.1.

Locutus est Dñs ad Moysen, dicens. Loquere ad omnẽ cœtũ filiorũ Israhel, & dices ad eos. Sancti estote; quia ego sanctus sum.

XXXV. c.19.℣.9.

Cùm messueris segetes terræ tuæ, non tondebis vsque ad solum superficiem terræ.

XXXVI. c.19.℣.11.

Non facietis furtum, non mentiemini.

XXXVII. c.19.℣.13.

Non facies calumniam proximo tuo: nec vi opprimes eum.

XXVXIII. c.19.℣.13.

Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsque manè.

XXXIX. c.19.℣.14.

Non maledices surdo.

XL. c.19.℣.14.

Nec coram cæco pones offendiculum.

XLI. c.19.℣.14.

Sed timebis Dominum tuum; quia ego sum Dominus.

XLII. c.19.℣.15.

Non facies quod iniquum est: nec iniustè iudicabis.

XLIII. c.19.℣.15.

Non consideres personam pauperis: nec honores vultum potentis.

XLIV c.19.℣.16.

Non eris criminator & susurro in populis.

XLV. c.19.℣.16.

Non stabis cõtra sanguinem proximi tui; ego Dominus.

XLVI. c.19.℣.17.

Ne oderis fratrem tuum in corde tuo: sed publicè argue eum.

XLVII. c.19.℣.18.

Diliges amicum tuum sicut teipsum.

XLVIII. c.19 ℣.19.

Iumenta tua non facies coire cum alterius generis animantibus.

XLIX. c.19.℣.19.

Veste quæ ex duobus texta est, non indueris.

L. c.19.℣.20.

Homo, si dormierit cum muliere coitu seminis, quæ sit ancilla etiam nubilis.

LI. c.19.℣.26.

Non augurabimini: nec obseruabitis somnia.

LII. c.19.℣.29.

Non prostitutas filiam tuam; & contaminetur terra, & impleatur piaculo.

LIII. c.19.℣.31.

Non declinetis ad magos: nec ab ariolis aliquid sciscitemini.

LIV. c.19.℣.32.

Coram cano capite consurge: & honora personam senis.

LV. c.19.℣.33.

Si habitauerit aduena in terra vestra, & moratus fuerit inter vos, ne exprobretis ei.

LVI. c.19.℣.35.

Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura.

LVII. c.20.℣.1.

Locutusque est Dñs ad Moysen, dicens. Hæc loqueris filijs Israhel. Homo de filijs Israel, & de aduenis qui habitant in Israel, si quis dederit de semine suo idolo Moloch.

LVIII c.20.℣.6.

Anima quæ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis.

Qui

LIX. c. 20. ℣. 9.

Qui maledixerit patri suo & matri, morte moriatur.

LX. c. 20 ℣. 10.

Si mœcharus quis fuerit cum vxore alterius, & adulteriũ perpetrarit cum coniuge.

LXI. c. 20. ℣. 11.

Qui dormierit cũ nouerca sua, & reuelauerit ignominiam patris sui, morte moriantur.

LXII. c. 20. ℣. 12.

Si quis dormierit cum nuru sua, vterque moriantur.

LXIII. c. 20. ℣. 13.

Qui dormierit cum masculo coitu femineo; vterque operati sunt nefas.

LXIV. c. 20. ℣. 14.

Qui supra vxorem filiam, duxerit matrem eius, scelus operatus est, viuus ardebit.

LXV. c. 20. ℣. 15.

Qui cum iumento & pecore coierit, morte moriatur: pecus quoque occidite.

LXVI. c. 20. ℣. 16.

Mulier quæ succubuerit cuilibet iumento, simul interficietur cum eo.

LXVII. c. 20. ℣. 17.

Qui acceperit sororẽ suam, filiã patris sui, vel filiam matris suæ, & vid. turpit. eius.

LXVIII. c. 20. ℣. 18.

Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, & reuelauerit turpitudinem eius.

LXIX. c. 20. ℣. 27.

Vir siue mulier, in quibus phythonicus vel diuinationis fuerit spiritus, morte mor.

LXX. c. 21. ℣. 1.

Dixit quoq; Dñs ad Moysen. Loquere ad Sacerdotes filios Aarõ, & dices eis. Ne cõtaminetur Sacerdos in mortibus ciuiũ suorũ.

LXXI c. 21. ℣. 9.

Sacerdotis filia si deprehẽsa fuerit in stupro, & violauerit nomẽ patris sui; flãmis exur.

LXXII. c. 21. ℣. 16.

Locutusque est Dñs ad Moysen, dicens: Loquere ad Aaron. Homo de semine tuo.

LXXIII. c. 22. ℣. 1.

Locutus quoque est Dominus ad Moysen, dicens. Loquere ad Aaron & ad filios eius; vt caueant ab his quæ cõseruata sunt fil. Isr.

LXXIV. c. 22. ℣. 17.

Locutus est Dominus ad Moysen, dicens, Loquere ad Aaron & filios eius, & ad omnes filios Israel, dicesq; ad eos. Homo de domo Israel & de aduenis.

LXXV. c. 22. ℣. 29.

Si immolaueritis hostiam pro gratiarum actione Domino, vt possit esse placabilis.

LXXVI. c. 23. ℣. 1.

Locutus est Dñs ad Moysen, dicens. Loquere filijs Israhel, & dices ad eos. Hæ sunt feriæ Domini, quas vocabitis sanctas.

LXXVII. c. 23. ℣. 4.

Hæ sunt ergo feriæ Domini sanctæ, quas celebrare debetis temporibus suis. Mense primo, XIV. die mensis.

LXXVIII. c. 23. ℣. 9.

Locutusque est Dñs ad Moysen, dicens. Loquere filijs Israhel, & dices ad eos. Cùm ingressi fueritis terrã, quam ego dabo vobis.

LXXIX. c. 23. ℣. 23.

Locutusque est Dñs ad Moysen, dicens. Loquere filijs Israhel. Mense septimo, prima die mensis erit vobis Sabbatum memoriale.

LXXX. c. 24. ℣. 1.

Et locutus est Dñs ad Moysen, dicens Præcipe filijs Israhel, vt afferant tibi oleum

LXXXI. c. 24. ℣. 10.

Ecce autem egressus filius mulieris Israhelitis, quem pepererat de viro Aegyptio.

LXXXII. c. 24. ℣. 17.

Qui percusserit & occiderit hominem, morte moriatur. qui percusserit animal, reddat vicarium.

LXXXIII. c. 25. ℣. 25.

Si attenuatus frater tuus, vendiderit possessiunculã suã, & voluerit propinquus eius.

LXXXIV. c. 25. ℣. 39.

Si paupertate cõpulsus, vendiderit se tibi frater tuus; non eum opprimes seruitute.

LXXXV. c. 26. ℣. 1.

Ego Dñs Deus vester. Non facietis vobis idolum & sculptile; nec titulos erigetis.

LXXXVI. c. 26. ℣. 1.

Ego enim sũ Dñs Deus vester. Custodite Sabbata mea; & pauete Sanctuarium meum.

LXXXVII. c. 26. ℣. 2.

Ego Dominus. Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis.

LXXXVIII. c. 26. ℣. 13.

Ego Dñs Deus vester qui eduxi vos de terra Aegyptiorum, ne seruiretis eis.

LXXXIX. c. 27. ℣. 1.

Locutusque est Dñs ad Moysen, dicens. Loquere filijs Israhel, & dices ad eos. Homo, qui votum fecerit, & vouerit & spoponderit Deo animam suam.

Explicit Liber (*) Leuitici qui Hebraicè dicitur Vaiecra.

V. II. CCC.

[*hoc est Vers.* 2300.]

Codd.

* al. Leuiticus.

[Col. d. S. Pauli, Orat. B. vj. & B. vij. S. Petri, 21. & Vat. 4220.]

Incipiunt Capitula Libri Numeri [iuxta Veterem Latinam Editionem ex LXX. Interpretibus.]

Cap. I. Recognitio duodecim Tribuum facta à Moyse & Aarō & à duodecim [a] Principibus, à viginti annis & supra. preter Leuitas [b] DC. III. & DL.

II. Iubet Dominus Tribum Leui non numerari; vt ipsi Tabernaculo deseruiant & ministrent.

III. Iubet Dominus, vt ordinatè procedant per domus paternas & per turmas.

IV. De progenie Moysi & Aaron & filiorum eius, qui ad Sacerdotium vncti sunt.

V. Leuitas dicit Dominus adiungi Aaron; eo quòd sibi acceperit eos pro omnibus primogenitis Israhel.

VI. Leuitæ dinumerantur à mense vno & supra, viginti duo millia ducenti septuaginta quatuor.

VII. Omne primogenitum filiorum Israel à mense vno & supra, iussit Dominus dinumerari.

VIII. Filios Caath iubet Dominus portare Arcam & Mensam & Altare: & vt non tangant Sancta, ne moriantur.

IX. Filios Gerson iubet portare Tabernaculum & lora.

X. Filios Merari capita Tabernaculi & seras & columnas & bases omnes portantes opus Tabernaculi octo millia quingenti octuaginta.

XI. Iubet Dominus eijci de castris omnem immundum.

XII. De muliere, quæ latenter fuerit [c] adulterata.

XIII. De his qui votum vouerint castitatis.

XIV. Quomodo benedicant populum Sacerdotes.

XV. Vngit Moyses Tabernaculum: & Principes munera offerunt.

XVI. Singuli per singulos dies duodecim Principes munera sua Moysi offerunt.

XVII. De candelabro & lucernis.

XVIII. De Leuitis purificatis ad ministerium Tabernaculi.

XIX. A viginti quinque annis Leuitas accedere ad ministrandum, & à quinquaginta recedere.

XX Anno secundo ex Aegypto, in primo mense, iubet Dominus celebrari Pascha.

XXI. Perfectum est Tabernaculum. & nubes texit illud in die; & ignis in nocte.

XXII. Præcedente nube, ex præcepto Domini promouebant & consistebant.

XXIII. De tubis argenteis ad promouenda castra.

XXIV. In secundo anno, secundo mense, promouent omnes filij Israel castra.

XXV. Hobab [d] generum suum hortatur Moyses venire secum.

XXVI. Promouerunt de monte Domini: & Arca Testamenti præcedebat eos.

XXVII. Murmurauit populus: & ignis consumpsit aliquos ex ipsis.

XXVIII. Fleuit populus, petentes carnes. & dixit Moyses ad Dominum. *Non potero solus [e] ferre populum istum.*

XXIX. Dixit Dominus Moysi. *Conuoca ad me septuaginta viros Seniores: & dabo eos tibi in auxilium.*

XXX. Tulit Dominus ab spiritu Moysi, & posuit super Seniores: & prophetauerunt.

XXXI. Misit Dominus gregem coturnicum in castra & percussit ex populo murmurante viginti tria milia virorum.

Aaron

---

a. *al. addit.* Tribuum. b. *hoc est*, sexcenta millia, ter mille, & quingenti quinquaginta. c. *al.* deprehensa in adulterium. d. *al.* socerum, *al.* cognatum generum, *al.* cognatum. e. *al.* sustinere.

XXXII. Aaron & Maria malè locuti sunt de Moyse. & Maria perfusa est lepra 3: & fuit extra castra septem diebus.

f g XXXIII. [f] Mittit Moyses [g] speculatores duodecim, singulos de singulis Tribubus: qui reuersi, miserunt errorem in populo. Caleb autem exhortabatur populum, vt ascenderent aduersùs eos.

XXXIV. Murmurauit populus dicens. *Demus nobis* [h] *ducem: & reuertamur in Aegyptum.*

XXXV. Iratus est Dominus; & dixit percutere populum. & deprecatus est Moyses Dominum;& propitius factus est eis.

i k XXXVI. [i] Iurauit Dominus non introducere eos in terram promissionis, pro eo quòd [k] murmurauerunt.

XXXVII. De Holocausto & Sacrificio.

l XXXVIII. [l] Primitias panis terræ quam ingressi fuerint, iubet offerri Dominus.

XXXIX. Eum qui colligit ligna in Sabbato, iubet Dominus lapidari.

XL. De fimbrijs faciendis.

XLI. De Core, Dathan & Abiron,& ducentis quinquaginta principibus.

XLII. Dixit Dominus delere omnem Synagogam: & deprecati sunt Moyses & Aaron pro populo. & deglutiuit terra Dathan, Core & Abiron: & consumpsit ignis ducentos quinquaginta [m] offerentes incensum.

m n XLIII. Exijt ira à facie Domini; & [n] fragor factus est;& mortui sunt ex populo quatuordecim millia septingenti: pro eo quòd murmurauerũt aduersùs Moysen & Aaron.

XLIV. De virga Aaron quæ floruit. & vt desinat populus murmurare, ne moriantur.

XLV. Tribum Leui iubet seruire Tabernaculo, & custodire: & ad vasa sancta ne accedant.

XLVI. Leuitas iubet accipere decimas; & ex ipsis decimas offerre.

XLVII. Vaccam cremari [o] in cinerem ad aquam sparsionis. o

XLVIII. Mortua est Maria in deserto. murmurauit populus pro aqua: & percussit Moyses petrã virga, dicens. *Numquid de petra hac producemus vobis aquam?* & exijt aqua multa. Dominus autem dixit ad Moysen & Aaron. *Non inducetis vos populum istum in terram, quam dedi eis.*

XLIX. Misit Moyses ad Regem Edom vt transiret per ipsum: & noluit.

L. Iubet Dominus Moysi vt vestiat Eleazarum stolam Aaron patris sui in montem; & vt Aaron moriatur ibi.

LI. Rex Arad belligerauit aduersùs Israel Domino [p] prohibente: & subditi sunt ei. p

LII. Murmurauit populus: & inmisit [q] eis Dominus colubros [r] mortiferos. q r

LIII. Profecti ambulant per desertum. & misit Moyses ad Seon, vt [s] transirent per fines eius: & noluit Seon [t] sed venit ad pugnam: & occidit eum in ore gladij. s t

LIV. Exijt Og Rex in obuiam Israel ad pugnam; & fecit ei sicut fecit Seon Regi Amorræorum.

LV. Balac Rex Moab misit ad Balaam, vt veniret,& malediceret Israel:& obuiauit [u] illi Angelus euaginato gladio:& volebat eum occidere. u

LVI. Fornicati sunt ex populo cum Madianitis: & occidit Phinees Zambri cum [x] Madianite:& mortui sunt [y]. x y

LVII. Dicit Dominus ad Moysen, vt [z] percutiant [a] Madianitas. z a

LVIII. [b] Præcepit Dominus Moysi à vicesimo anno & supra considerari b

f. *al.* Misit. g. *al.* exploratores. h. *al.* duces. i. *al.* iurat. K. *al.* murmurauerint. l. *al.* de primitijs panes terræ &c. m. *al.* ferentes. n. *for.* Confractio. *vide notas Rom. in hunc locum LXX. Int.* o. *al.* in cineres. p. *for.* vouentem. q. *al.* in eis. *for.* in eos. r. *al.* mortis. *al.* morti. s. *al.* transiret. t. *al.* Et. u. *al.* ei. x. *al.* Madianita. y. *al. addit.* ex populo duodecim millia, *leg.* quatuor & viginti millia, z. *al.* percutiat. a. *al.* Madianæos b. *al.* Præcipit.

derari populum. & numerati sunt sexcenta millia & mille, septingenti triginta.

LIX. Filij Leui: (ex quibus Amram & vxor eius Iachabet, quæ peperit Aaron & Moysen & Mariam) qui considerati sunt ab
c [c] vno mense & supra viginti tria millia. Hæc consideratio, in Araboth Moabi in quibus non fuit quisquam de his qui fuerant in deserto Sina, nisi Caleb & Iesus Naue.

LX. Accepit Moyses Iesum filium Naue: & imposuit super eum manus coram omni populo, sicut constituit illi Dominus.

LXI. Dicit Dominus Moysi; vt præcipiat populo de sacrificijs & hostijs offerendis.

LXII. Quæ in die Paschæ offerri debeant, ostendit.

LXIII. Quæ in Pentecosten.

LXIV. Quæ in mense septimo per dies septem.

LXV. Votum quod vouerit quis, non prætermittendum.

LXVI. Dicit Dominus Moysi, vt faciat vindictam in Madianitas. & commiserunt contra Madian; & occiderunt omne masculinũ, & quinque Reges Madian: & prædauerunt omnia eorum.

LXVII. Filij Ruben & Gad petierunt à Moyse terram intra Iordanem, dicentes. *Mulieres nostras & pecora nostra relinquemus hic:*
d [d] *& nos præcedimus ante populum armati & ordinati.*

LXVIII. Diuerticula filiorum Israhel, ex quo profecti sunt ex Aegypto.

LXIX. Dicit Dominus, vt disperdant omnes inhabitantes [e] Chanaan: quod si [f] relicti fuerint, esse sudes in oculis eorum.
e
f

LXX. Nouẽ Tribubus & dimidiæ Tribui Manasse terram Chanaan iubet Dominus diuidi in [g] sortem.
g

LXXI. Nomina hominum, qui dispertiant filijs Israel terram Chanaan.

LXXII. Ciuitates [h] significat, quæ dentur Leuitis, vel quæ sint in Refugium. h

LXXIII. In ciuitatibus Refugiorum quibus causis perpetrantes homicidia, confugere debeant ostendit.

LXXIV. De filiabus [i] Salphaat, iubetur vt [k] sint [l] in tribũ plebis patris sui. i k l

[m] *Expliciunt Capitula Libri Numeri.* m

Incipit Liber NVMERI qui Hebraicè appellatur Vaiedabber.

I. *Cap.* 1. ℣. 1.

Locutusque est Dñs ad Moysẽn in deserto Sinai in Tabernaculo fœderis.

II. c. 1. ℣. 48.

Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicẽs. Tribum Leui noli numerare; neque ponas summam.

III. c. 2. ℣. 1.

Locutusq; est Dñs ad Moysen & Aaron, dicens. Singuli per turmas, signa atque vexilla.

IV. c. 3. ℣. 1.

Hæ sũt generationes Aarõ & Moysi in die qua locutus est Dñs ad Moysen in monte Synai.

V. c. 3. ℣. 5.

Locutus est Dominus ad Moysen dicẽs. Applica Tribum Leui; & fac stare in consp.

VI. c. 3. ℣. 14.

Locutus est Dñs ad Moysen in deserto, dicens. Numera filios Leui per domos patrum.

VII. c. 3. ℣. 40.

Et ait Dñs ad Moysen. Numera primogenitos sexus masculini de filijs Israhel.

VIII. c. 4. ℣. 1.

Locutus est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens. Tollite summam filiorũ Caath de medio Leuitarũ per, domos & familias suas. *Sic incipit hoc caput in vno Codice,* in

c. *al.* ab vnius mensis & supra. d. *al.* nos præcedemus autem populum armati in bellum. e. *al.* in Moab. *for. hoc reponendum in exordio huius Tituli.* f. *al.* derelicti. g. *al.* fortes. h. *al.* signat. i. Salpaat. K. *al.* sit. l. *al.* in tribu, *al.* in tribu patris sui; m. *al.* Expliciunt.

in alijs verò ab hoc loco c. 4. ℣. 15.]
Cumque inuoluerin. Aaron & filij eius Sanctuariũ & õnia vasa eius in cõmotione.
IX. c. 4. ℣. 21.
Locutusq;est Dñs ad Moysen,dicens.Tolle summam etiam filiorum Getson.
X. c. 4 ℣. 29.
Filios quoq; Merari per familias & domos patrum suorum recensebis à 30. annis.
XI. c. 5. ℣. 1
Locutusque est Dñs ad Moysen, dicens. Præcipe filijs Israhel,vt eijciant de castris omnem leprosum, & qui semine fluit, pollutusque est.
XII. c. 5. ℣. 11.
Locutus est Dñs ad Moysen,dicens. Loquere ad filios Israhel,& dices ad eos. Vir cuius vxor errauerit, maritũq; contemnens,
XIII. c. 6. ℣. 1.
Locutus est Dñs ad Moysen,dicens. Loquere ad filios Israhel, & dices ad eos. Vir siue mulier, cùm fecerint votum vt sanctificentur.
XIV. c. 6. ℣. 22.
Locutus est Dñs ad Moysen, dicens. Loquere Aaron & filijs eius. Sic benedicetis filijs Israel;& dicetis eis. Benedicat tibi D.
XV. c. 7. ℣. 1.
Factum est autem, in die qua compleuit Moyses Tabernaculũ,& erexit illud,vnxitq.
XVI. c. 7 ℣. 10.
Igitur obtulerunt Duces in dedicationem altaris, die qua vnctum est, oblationem.
XVII. c. 7. ℣. 89.
Cumq; ingrederetur Moyses Tabernaculum Fœderis, vt consuleret Oraculum.
XVIII. c. 8. ℣. 5.
Et locutus est Dñs ad Moysen, dicens. Tolle Leuitas de medio filiorum Israhel, & purificabis eos iuxta hunc ritum.
XIX. c. 8. ℣. 23.
Locutus est Dñs ad Moysen,dicens. Hæc est lex Leuitarum, A viginti quinque annis.
XX. c. 9. ℣. 1.
Locutus est Dñs ad Moysen in deserto Sinai,anno secundo postquàm egressi sunt.
XXI. c. 9. ℣. 15.
Igitur die qua erectum est Tabernaculum, operuit illud nubes.
XXII. c. 9. ℣. 17.
Cumq; ablata fuisset nubes,quæ Tabernaculum protegebat,tunc proficiscebantur.
XXIII. c. 10. ℣. 1.
Locutus est Dñs ad Moysen,dicens. Fac tibi duas tubas argenteas ductiles.
XXIV. c. 10. ℣. 11.
Anno secundo, mense secundo, vicesima die mẽsis eleuata est nubes de Tabernaculo.
XXV. c. 10. ℣. 29.
Dixitq; Moyses Hobab filio Raguel Madianiti cognato suo, Proficiscamur ad locũ.
XXVI. c. 10. ℣. 33.
Profecti sunt ergo de monte Dñi viã triũ dierum:arcaq;Fœderis Dñi præcedebat eos.
XXVII. c. 11. ℣. 1.
Interea ortum est murmur populi, quasi dolentium pro labore,contra Dominum.
XXVIII. c. 11. ℣. 4.
Vulgus quippe promiscuum quod ascenderat cum eis, flagrauit desiderio,sedens & flens.
XXIX. c. 11. ℣. 16.
Et dixit Dñs ad Moysen. Congrega mihi septuaginta viros de Senioribus Israhel.
XXX. c. 11. ℣. 24.
Venit igitur Moyses; & narrauit populo verba Dñi,congregans lxx. viros de senior.
XXXI. c. 11. ℣. 30.
Reuersusque est Moyses & maiores natu Israhel in castra. ventus autem egrediens.
XXXII. c. 12. ℣. 1.
Locutaq;est Maria & Aaron contra Moysen propter vxorem eius Aethiopissam.
XXXIII. c. 13. ℣. 1.
Profectus est de Haseroth fixis tentorijs in deserto Pharan. Ibi locutus est Dñs.
XXXIV. c. 14. ℣. 1.
Igitur vociferans omnis turba, fleuit nocte illa:& murmurati sunt contra Moysen.
XXXV. c. 14 ℣. 10.
Cumq; clamaret omnis multitudo, & lapidibus eos vellet opprimere;apparuit glor.
XXXVI. c. 14. ℣. 20.
Dixitq; Dñs. Dimisi iuxta verbum tuum. Viuo ego:& implebitur gloria Dñi vniuer.
XXXVII. c. 15. ℣. 1.
Locutus est Dñs ad Moysen,dicens. Loquere ad filios Israhel & dices ad eos.Cùm ingressi fueritis terram habitationis vestræ.
XXXVIII. c. 15. ℣. 16.
Locutus est Dñs ad Moysen,dicens. Loquere ad filios Israel & dices ad eos. Cùm veneritis in terram,quam dabo vobis.
XXXIX. c. 15 ℣. 32.
Factum est autem, cùm essent filij Israel in solitudine, & inuenissent hominem.
XL. c. 15. ℣. 37.
Dixit quoq; Dñs ad Moysen, Loq.filijs Israel

Israel,& dices ad eos,vt faciāt sibi fimbrias.

XLI. c 16.℣.1.

Ecce autem Core filius Issaar filij Caath filij Leui&Dathan atq;Abiron filij Heliab.

XLII. c.16.℣.20.

Locutusq; Dñs ad Moysen & Aaron,ait. Separamini de medio cōgregationis huius.

XLIII. c.16.℣.44.

Dixitq; Dñs ad Moysen. Recedite de medio huius multitudinis: & iam nunc delebo eos.

XLIV. c.17.℣.1.

Et locutus est Dñs ad Moysen, dicens. Loquere ad filios Israel: & accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas.

XLV. c.18.℣.1.

Dixitq; Dñs ad Aaron. Tu & filij tui & domus patris tui tecū,portabitis iniquitatē.

XLVI. c.18.℣.8.

Locutus est Dñs ad Aaron. Ecce dedi tibi custodiam primitiarum mearum.

XLVII. c.19.℣.1.

Locutusq; est Dñs ad Moysen & Aaron, dicens. Ista est religio victimæ,quā constit.

XLVIII. c.20.℣.1.

Veneruntq; filij Israel.& omnis multitudo in desertum Sin mense primo: & mansit populus in Cades.

XLIX. c 20.℣.14.

Misit interea nuntios Moyses de Cades ad Regem Edom, qui dicerent. Hæc mādat.

L. c.20.℣.25.

Tolle Aaron & filium eius cum eo:& duces eos in montem Hor. cumq; eduxeris.

LI. c.21.℣.1.

Quod cùm audisset Chananæus Rex Arad,qui habitabat ad meridiem, venisse scil.

LII. c.21.℣.5.

Locutusq; cōtra Dñm & Moysen,ait. Cur eduxisti nos de Aegypto vt moreremur in solitudine;deest panis,non sunt aquæ.

LIII. c.21.℣.13.

Quem relinquentes castrametati sunt contra Arnon, quæ est in deserto,& prominet in finibus Amorrhæi.

LIV. c.21.℣.31.

Habitauit itaq; Israhel in terra Amorrhæi, misitq; Moyses, qui explorarent Iaser.

LV. c.22.℣.1.

Profectiq; castrametati sunt in campestribus Moab; vbi trans Iordanem Hierico.

LVI. c.25.℣.1.

Morabatur autē eo tempore Israel in Setī: & fornicatus est populus cū filiabus Moab.

LVII. c.25.℣.16.

Locutusq;est Dñs adMoysē,dicens Hostes vos sentiant Madianitæ:& percutite eos.

LVIII. c.26.℣.1.

Postquàm noxiorum sanguis effusus est, dixitDñs ad Moysen & Eleazarū filiū Aarō.

LIX. c.26.℣ 57.

Hic quoq; est numerus filiorum Leui per familias suas. Gerson à quo familia Gers.

LX. c.27.℣.12.

Dixit quoque Dominus ad Moysen. Ascēde in montem istum Abarim, & contemplare inde terram, quam daturus sum filijs Israel. [*In aliquibus Codicibus incipit hoc caput ab hoc loco c.27.℣.15.*]

Cui respondit Moyses. Prouideat Dñs Deus spirituum omnis carnis, hominem.

LXI. c.28.℣.1.

Dixit quoq; Dominus ad Moysen. Præcipe filijs Israel;& dices ad eos. Oblationem meam & panes & incensum odoris suauiss.

LXII. c.28.℣.16.

Mense autem primo, quarta decima die mensis,Phase Domini erit.

LXIII. c.28.℣.26.

Dies etiam primitiuorum, quando offeretis nouas fruges Dño,expletis hebdomad.

LXIV. c.29.℣.1.

Mensis etiam septimi prima dies,venerabilis & sancta erit vobis. Omne opus seruile.

LXV. c.29.℣.39.

Hæc offeretis Domino in solemnitatibus vestris:præter vota & oblationes spōtaneas.

LXVI. c.31.℣.1.

Locutusq; est Dominus ad Moysen,dicēs. Vlciscere priùs filios Israhel de Madianitis.

LXVII. c.32.℣.1.

Filij autem Ruben & Gad habebant pecora multa;& erat illis in iumentis infinita substantia.

LXVIII. c.33.℣.1.

Hæ sunt mansiones filiorum Israel, qui egressi sunt de Aegypto per turmas suas.

LXIX. c.33.℣.48.

Profectique de montibus Abarim transierunt ad campestria Moab super Iordanē.

LXX. c.34.℣ 1.

Locutus est Dominus ad Moysen. Præcipe filijs Israel;& dices ad eos. Cùm ingressi fueritis terram Chanaam; & in possessionem vobis sorte ceciderit.

LXXI. c.34.℣.16.

Et ait Dominus ad Moysen. Hæc sunt nomina virorum, qui terram vobis diuident.

Hæc

LXXII. c. 35. ℣. 1.
Hæc quoq; locutus est Dominus ad Moysen in campestribus Moab super Iordanen.
LXXIII. c 35. ℣ 6.
De ipsis autem oppidis quæ Leuitis dabitis, sex erunt in fugitiuorum auxilia.
LXXIV. c. 36. ℣. 1
Accesserunt autem & principes familiarũ Galaad, filij Machir, filij Manasse.

Explicit Liber Numeri,
Qui appellatur Hebraicè Vaiedaber.
Vers. VIII.

[*Hoc est*, 800.]

[*Codd. S. Pauli. Orat. B. vj. & B. vij. S. Petri 11. Vatic.* 4220.]

Incipiunt Capitula (a) *Libri DEVTERONOMII*

[*iuxta Veterem Latinam Editionem ex LXX. Interpretibus.*]

Cap. I. Verba quæ locutus est Moyses [b] omni Israhel quadragesimo anno in eremo post occisionem Seon & Og Regum, per omnia quæ præcepit [c] illi Deus in Choreb.

II. Dixit Moyses ad populum in tempore illo. *Non potero solus sufferre vos: & ordinaui vobis viros sapientes, qui præessent vobis.*

III. Extollentes [d] se de Choreb, ambulauerunt per omnem eremum.

IV. *Accessistis ad me; & dixistis. Mittamus viros ante nos: [e] & fecisecundùm hoc verbum.*

V. *Et noluistis ascendere: neque credidistis verbo Domini.*

VI. *Et dixi vobis. Dominus Deus præcedit vos; & non credidistis.*

VII. *Murmurastis; & exacerbatus est Dominus: & iurauit non intraturos vos in terram illam bonam, nisi Caleb & filios eius.*

VIII. *Et mihi iratus est Dominus causa vestri, dicens. Nec tu intrabis ibi; sed Hiesus filius Naue intrabit ibi, & filij eorum quos dixerunt captiuos futuros.*

IX. *Et contra mandatum ascendistis in montem: & exiuit Amorrhæus; & persecutus est vos.*

X. Similiter decurrit per singula; & dinumerat vniuersa magnalia Dei & virtutes, quibus præibat eos Deus: & quomodo aluit eos in deserto per quadraginta annos; & quæ fecit Deus duobus regibus Seon & Og.

XI. *Et precatus sum Dominum in tempore illo: & despexit me vestri causa.*

XII. Hic iterum astringit ne discedant à mandatis.

XIII. *Videte ne faciatis vobis sculptile, similitudinem omnis hominis aut pecoris aut alicuius rei, quæ sunt super terram aut in cælo aut in mari.*

XIV. *Dominus iratus est mihi propter vos; & non intrabo vobiscum: sed [f] morior in hac terra. attendite ne obliuiscamini [g] testamentum Dñi Dei vestri: [h] quoniã si exacerbaueritis Deum; testor vobis hodie cælum & terram, [i] quia [k] peritis de terra illa.*

XV. *Interrogate si à quo creauit Deus hominem, auditum est hoc: si est gens sub cælo, cui locutus sit Dominus de medio [l] ignis.*

XVI. *Tunc disposuit Moyses ciuitates ad refugium [m] homicidarum.*

XVII. Hæc est lex quam locutus est Moyses, conuocans ad se omnem

D 2

---

a. *al.* de Libro. b. *al.* ad omnem. c. *al.* illis. d. *al.* vos de Choreb ambulastis. e. *al.* & fecistis hoc verbum. f. *al.* moriar. g. *al.* mandatum. h. *al.* quòd. i. *al.* quòd. k. *al.* peribitis. l. *al.* igni. m. *al.* homicidiorum.

mnem Israel.

XVIII. *Hæc verba locutus est Dominus ad omnem Synagogam Israhel: & dixistis mihi, vt audirem à Deo; & locutus essem vobis. & nūc facite quæcumque præcepit vobis [a] Dominus, non declinantes in dexteram neque in sinistram.*

XIX. *Audi Israhel. Dominus Deus noster, Dominus vnus est: & diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo & ex tota virtute tua.*

XX. *Dominum Deum tuum timebis: & illi soli seruies.*

XXI. *Non ibitis post deos alienos, ne eradicemini.*

XXII. *Non temptabis Dominum Deum tuum; sed facies quæ præcepit tibi: & filio tuo dices quemadmodum eduxit te Dominus de Ægypto.*

XXIII. *Quòd si introduxerit te Dominus in terram quam possessurus es, disperdes omnes gētes ipsas; & aras eorum & vitulos & sculptilia combures igni.*

XXIIII. *Si obseruaueritis præcepta & iustitias istas; seruabit & vobis Dominus testamētum, quod iurauit patribus vestris: & benedicet vos; & expellet omnem languorem à vobis.*

XXV. *Non parces gentibus quas Dñs subyciet tibi. nec [e] dices. Magna gens hæc: & quomodo potero aduersùs eam? & non concupisces aurum vel argentū de sculptilibus eorum; sed anathematizabis ea.*

XXVI. *Omnia mandata quæ trado vobis hodie, obseruabitis vt viuatis: & in mente habete omnia quæ experti estis in desertis: & esuristis, & dedit vobis Dominus manna; vt sciretis quia non in pane tantùm viuit homo, sed in omni verbo Dei.*

XXVII. *Attende tibi, ne obliuiscaris beneficia Domini Dei tui.*

XXVIII. *Non dicas in corde tuo. Virtus mea fecit hæc omnia.*

XXIX. *Audi Israel. tu transies hodie Iordanem; & possidebis gentes magnas & ciuitates munitas: & scies quia Dominus Deus tuus præcedet te.*

XXX. *Non dicas in corde tuo. Propter iustitias meas introduxit me Dominus in terram istam.*

XXXI. *In mente habete, quotiens exacerbaueritis Dominum in desertis diffidentes.*

XXXII. *Et in Choreb exacerbastis Dominum, quando fecistis conflatile.*

XXXIII. *Et dixit Dominus ad me. Sine me; & deleam illos.*

XXXIV. *Et descendi de monte; & vidi quia peccastis: & proieci Tabulas de manibus meis; & confregi illas.*

XXXV. *Et deprecatus sum Dominum iterum sicut priùs quadraginta diebus & quadraginta noctibus panem non edi, & aquam non bibi.*

XXXVI. *Et in Aaron iratus est valde Dominus, pro eo quòd fecistis vitulum.*

XXXVII. *Et sumpsi, & combussi illum.*

XXXVIII. *Et in temptatione exacerbastis Dominum.*

XXXIX. *Et quando dimisit vos Dominus à Cades Barnæ.*

XL. *Et precatus sum ante Dominum quadraginta diebus & quadraginta noctibus.*

XLI. *In illo tempore dixit mihi Dñs. Præcide tibi duas tabulas lapideas sicut priores: & ascende ad me in montem.*

XLII. *Et feci arcam: & ascendi in montem.*

XLIII. *Et descendi: & misi Tabulas in Arcam.*

XLIV. *In illo tempore separauit Dominus*

a. al. Deus. e. al. dicas.

nus Tribum Leui, vt portarent Arcam.

XLV. *Et nunc Israel quid Dominus postulat à te aliud, quàm vt timeas Dominum Deum tuum; & diligas eum; & seruias ei?*

XLVI. *Dominum Deum tuum timebis: & illi soli seruies.*

p XLVII. *Cum [p] septuaginta quinque animabus descenderunt patres tui in Aegyptum: & fecit te*

q *Deus sicut stellas cæli [q] in multitudine.*

XLVIII. *Et amabis Dominum: & scies quomodo te eduxit Dominus de Aegypto; & quæ fecerit Dathan & Abiron filijs Eliab.*

XLIX. *Quòd si audieritis præcepta illius; dabit pluuiam terræ vestræ, & satietatem in agris vestris.*

L. *Et si obaudieritis omne præceptum istud; ejeiet Dominus omnes gentes à facie vestra.*

LI. *Ecce do vobis hodie benedictiones & maledictiones.*

LII. *Ista sunt præcepta & iudicia, quæ obseruabitis.*

LIII. *Non facietis voluntatem vestrā.*

LIV. *In loco, quem elegerit Dominus, offeretis omnia quæ ego mando vobis.*

LV. *Omnes primitias tuas in cōspectu Domini Dei tui manducabis.*

LVI. *Attendite ne manducetis sanguinem.*

LVII. *Custodi & fac omnia verba, quæ ego mando tibi.*

LVIII. *Omne verbum, quod ego mando tibi, custodi & fac. & prophetam qui dixerit tibi. Eamus & seruiamus dijs, non audies.*

LIX. *Post Dominum Deum vestrum ibitis: & ipsum timebitis.*

LX. *Si autem frater tuus aut filius, aut coniux aut amicus dixerit tibi. Eamus, & seruiamus dijs: non parces ei; sed deferet eum: & lapidabitur.*

LXI. *Si autem audieris, in vna ex ciuitatibus tuis esse homines peccatores, qui recedere fecerunt à Deo omnes inhabitantes in ea; & si verè factum est, interficies omnes.*

LXII. *Non facietis decaluationem super mortuum.*

LXIII. *Hæc pecora, quæ manducabitis.*

LXIV. *Hæc manducabitis ab his quæ sunt in aquis.*

LXV. *Omnem auem mundam manducabitis.*

LXVI. *Decimas agri tui offeres in loco, quem elegerit Dominus.*

LXVII. *Cùm autem longè fuerit à te; vendes ea: & illic redimes.*

LXVIII. *Post septem annos facies remissionem.*

LXIX. *Si audieris vocem Domini Dei tui; princeps eris gentium multarum.*

LXX. *Si factus fuerit in te egens de fratribus tuis.*

LXXI. *Si emeris puerum Hebræum; sex annos seruiet tibi.*

LXXII. *Omne primitiuum sanctificabis Domino.*

LXXIII. *Custodi mensem nouorum: & facies Pascha Domino Deo tuo.*

LXXIV. *Iudices & Scribas constitues, vt iudicent iustè.*

LXXV. *Non plantabis tibi lucum.*

LXXVI. *Si inuentus fuerit in te seruiens dijs, in duobus vel tribus testibus moriatur.*

LXXVII. *Si latuerit te verbum; vade ad Sacerdotem.*

LXXVIII. *Qui non audierit Sacerdotem, moriatur.*

LXXIX. *Alienigenam non facies Principem super te.*

LXXX. *Hoc iudicium Sacerdotum.*

LXXXI. *Non inuenietur in te lustrans filium suum aut filiam.*

LXXXII. *Prophetam suscitabo eis ex fratribus eorum.*

LXXXIII. *Propheta si locutus fuerit verbum, & non contigerit.*

LXXXIV. *Hoc præceptum homicidæ.*

Non

p. al. septuaginta animabus. *Vide Notas Romanas in hunc locum LXX.* q. al. in multitudinem.

LXXXV. *Non transferes terminos, quos* [r] *posuerunt patres tui.* r

LXXXVI. *Non accipies testimonium vnius aduersùs hominem.*

LXXXVII. *Animam pro anima; oculum pro oculo; dentem pro dente.*

LXXXVIII. *Si exieris ad bellum, noli timere.*

ſ LXXXIX. *Si* [ſ] *accesseris expugnare ciuitatem.*

XC. *Si obsederis ciuitatem.*

XCI. *Si inuentus fuerit vulneratus in terra.*

XCII. *Si tradiderit tibi Deus, inimicos tuos.*

XCIII. *Si fuerint homini duæ vxores, dilecta & odibilis.*

XCIV. *Si fuerit alicui filius inobediēs.*

XCV. *Si fuerit in aliquo peccatum ad mortem.*

XCVI. *Si videris animal fratris tui errans vel cadens.*

XCVII. *Non induet mulier vestem virilem.*

XCVIII. *Si inueneris nidum auium.*

XCIX. *Si domum nouam ædificaueris.*

C. *Non arabis in vitulo & asino.*

CI. *Si quis acceperit vxorem; & oderit eam.*

CII. *Si inuentus fuerit adulter cum adultera.*

CIII. *Si dormierit aliquis cum puella desponsata.*

CIV. *Si in campo inuenerit quis puellam desponsatam; & vim fecerit ei.*

CV. *Si inuenerit quis puellam virginem; & dormierit cum ea.*

t CVI. *Non accipiet homo vxorem* [t] *patris sui.*

CVII. *Non intrabit abscissus in Ecclesiam Domini.*

u CVIII. *Non intrabit* [u] *fornicariu nec Ammonites & Moabites in Ecclesiam Domini.*

CIX. *Non abominabis Idumæum neque Aegyptium.*

CX. *Si fuerit homo immundus, exibit extra castra.*

CXI. *Non trades seruum domino suo.*

CXII. *Non erit Israbelites fornicaria.*

CXIII. *Non inferes mercedem fornicariæ.*

CXIV. *Non exiges à fratre tuo vsuram.*

CXV. *Si voueris votum Domino; non tardes reddere illud.*

CXVI. *Si intraueris in vineam proximi tui.*

CXVII. *Si intraueris in segetem proximi tui.*

CXVIII. *Si quis acceperit vxorem; & inuenerit in ea rem turpem.*

CXIX. *Si quis acceperit vxorem in recenti, non exiet ad bellum.*

CXX. *Non pignorabis molam.*

CXXI. *Si captus fuerit fur.*

CXXII. *In mente habe quæ fecerit Dominus Mariæ.*

CXXIII. *Debitorem non pignorabis per vim.*

CXXIV. *In pignore pauperis non dormies; & mercedem laboransi ne tarde reddideris.*

CXXV. *Non morientur patres pro filijs.*

CXXVI. *Nō declinabis iudicium aduenæ & orphani & viduæ.*

CXXVII. *Non pignorabis viduam.*

CXXVIII. *Si secaueris segetem.*

CXXIX. *Si leges* [x] *oliuam.* x

CXXX. *Si vindemiabis vineam.*

CXXXI. *Si iudicaueris impium; dabis ei quadraginta flagellos.*

CXXXII. *Non infrenabis bouem triturantem.*

CXXXIII. *Si mortuus fuerit quis habens vxorem sine filijs; accipiet eam frater eius.*

CXXXIV. *Si noluerit homo accipere vxorem fratris sui.*

CXXXV. *Si rixauerint duo homines* [y] *in se.* y

CXXXVI. *Non erit tibi pondus iniquum & mensuræ duplices.*

CXXXVII. *In mente habe quanta tibi fecerit Amalec.*

CXXXVIII. *Cùm* [z] *introieritis in terram, quam Dominus Deus dabit vobis.* z

CXXXIX. Et dixit Moyses ad populum.

Tacete

r. al. posuerant. ſ. al. processeris. t. al. fratris. u. lege, de fornicaria. x. al. oliua. leg. oliuas. y. al. inter. z. al. introieris. al. intraueris.

Tacete, & audite.
CXL. *Hi stabunt benedicere plebem; & hi maledicere.*
CXLI. *Maledictus omnis qui fecerit hæc.*
CXLII. *Si custodieritis præcepta Domini; venient super vos benedictiones omnes.*
CXLIII. *Si non audieritis, venient in vos maledictiones istæ.*
CXLIV. Vocauit Moyses omnes filios Israhel; & dixit ad eos. *Scitis quanta fecerit Dominus Pharaoni propter vos.*
CXLV. *Quæ sunt absconsa Deo, quæ autem palam nobis.*
CXLVI. *Prope est verbum in ore tuo & in corde tuo.*
CXLVII. *Ecce dedi ante oculos tuos vitã & mortem.*
CXLVIII. Et consummauit Moyses omnia verba ista.
CXLIX. Et vocauit Moyses Hiesum; & dixit ei. *Viriliter age & confortare.*
CL. Dixit Dominus ad Moysen. *Tu dormies cum patribus tuis: & fornicabitur plebs hæc post deos alienos.*
CLI. Scripsit Moyses Canticum hoc.
CLII. Dixit Dominus ad Moysen. *Ascende in montem Abarim: & morere ibi.*
CLIII. Benedixit Moyses homo Dei filios Israhel.
CLIV. Mortuus est Moyses in terra Moab.
CLV. Et non fuit Propheta in Israel, sicut [*] fuit Moyses.

Expliciunt Capitula.

[*Cod. S. Petri 21.*]

[*De Lib. Numerorum*]

In Numerus fortes recitat bellique feroces;
Cordaque dura Chore comitumque cremata per ignem
Contemptusque Abiron, Dathan tellure voran:e.
Ira quippe Dei populum ceruice repressum
Qualiter & Balaam missum cælestis ab aula.
Obuiat en seminans ac mandans verba salutis.

[*De Libro Deuteronomij.*]

Hic replicat Moyses legem suam, detque tenendam;
Quæ ventura forent prædicens signa per Orbem.
Carmina præfigit docuit; refugasque parentes.
Hinc propi fratres meritis corroborat omnes,
Conscendensque Abarim, miratur regna superba
Corpore sic moritur verus, sanctusque Propheta.

[*Codd. S. Pauli. Orat. B. vj. & B. vij. S. Petri 21. Vatic. 4220.*]

Incipit Liber (*) Deuteronomij qui Græcè dicitur, Helle.

I. *c.1.℣.1.*
HAc sunt verba quæ locutus est Moyses ad omnem Israhel trans Iordanem in solitudine campestri.

II. *c.1.℣.9.*
Dixiq; vobis illo in tempore. Non possum solus sustinere vos; quia Dominus Deus vester multiplicauit vos.

III. *c.1.℣.19.*
Profecti autem de Horeb, transiuimus per eremum terribilem & maximã solitudinem.

IV. *c.1.℣.22.*
Et accessistis ad me omnes, atq; dixistis. Mittamus viros qui considerent terram.

V. *c.1.℣.26.*
Et noluistis ascendere: sed increduli ad sermonem Dñi Dei nostri murmurati estis.

VI. *c.1.℣.30.*
Dominus Deus qui ductor est noster, pro vobis ipse pugnabit, sicut fecit in Aegypto.

VII. *c.1.℣.34.*
Cumq; audisset Dominus vocem sermonum vestrorum, iratus iurauit, & ait.

VIII. *c.1.℣.37.*
Nec miranda indignatio in populũ; cùm mihi quoq; iratus Dñs propter vos, dixerit. Ascen-

* *al.* mittit. fuit. † *al.* Incipit Liber Belleabdabarim, idest, Deuteronomium.

IX. c.1.℣.41.
Ascēdemus atq; pugnabimus, sicut præcepit Dñs Deus noster. Cumq; instructi armis.
X. c.2.℣.1.
Profectiq; inde venimus in solitudinē, quæ ducit ad mare rubrū, sicut mihi dixerat Dñs.
XI. c.3.℣.23.
Precatusque sum Dominum in tempore illo dicens. Domine Deus tu cœpisti ostendere populo tuo magnitudinem tuam.
XII. c.4.℣.1.
Et nunc Israhel audi præcepta & iudicia, quæ ego doceo te; vt faciens ea, viuas.
XIII. c.4.℣.15.
Custodite igitur sollicitè animas vestras. Non vidistis aliquam similitudinem in die, qua locutus est Dominus vobis in Horeb.
[*In al. hoc Caput incipit ab his verbis.*] Non vidistis aliquam similitudinem.
XIV. c.4.℣.21.
Iratusq; est Dñs cōtra me propter sermones vestros; & iurauit vt non transirē Iord.
XV. c.4.℣.32.
Interroga de diebus antiquis qui fuerunt ante te, ex die quo creauit Deus hominem super terram.
XVI. c.4.℣.41.
Tunc separauit Moyses tres ciuitates trans Iordanen ad Orientalem plagam.
XVII. c.4.℣.44.
Ista est lex, quam proposuit Moyses corā filijs Israeli & hæc testimonia & cerimoniæ atq; iudicia, quæ locutus est ad filios Isr.
Ego Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti de domo seruitutis.
[*In duobus Codd. duo hæc priora Præcepta quæ hic sequuntur, coniunctim habentur sub primo numero.*]
I.
Non habebis deos alienos in cōsp. meo.
II.
Non facies tibi sculptile, nec similitudinem omnium quæ in cælo sunt.
III.
Non vsurpabis nomen Domini Dei tui frustra.
IV.
Obserua diem Sabbati, vt sanctifices eū.
V.
Honora patrem tuum & matrem.
VI.
Non occides.
VII.
Non mœchaberis.
VIII.
Furtumque non facies.
IX.
Non loquèris contra proximum tuum falsum testimonium.
X.
Non concupisces vxorem proximi tui, non domum, non agrum.
XVIII. c.5.℣.22.
Hæc verba locutus est Dñs ad omnē multitudinē vestram in monte de medio ignis.
XIX. c.6.℣.4.
Audi Israel. Dominus Deus noster, Deus vnus est. Diliges Dñm Deum tuum.
XX. c.6.℣.13.
Dominum Deum tuum timebis: & ipsi soli seruies.
XXI. c.6.℣.14.
Non ibitis post deos alienos cunctarum gentium, quæ in circuitu vestro sunt.
XXII. c.6.℣.16.
Non temptabis Dominum Deum tuum, sicut temptasti in loco temptationis.
XXIII. c.7.℣.1.
Cùm introduxerit te Dominus Deus tuus in terrā, quam possessurus ingredieris.
XXIV. c.7.℣.11.
Custodi ergo præcepta & cærimonias, atq; iudicia, quæ ego mādo tibi hodie, vt facias.
XXV. c.7.℣.16.
Deuorabis omnes populos, quos Dominus Deus tuus daturus est tibi.
XXVI. c.8.℣.1.
Omne mādatum quod ego præcipio tibi hodie, caue diligenter vt facias.
XXVII. c.8.℣.11.
Obserua & caue ne quando obliuiscaris Dñi Dei tui, & neglegas mandata eius.
XXVIII. c.8.℣.17.
Ne diceres in corde tuo. Fortitudo mea & robur manus meæ hæc mihi ōnia præstit.
XXIX. c.9.℣.1.
Audi Israhel. Tu transgredieris hodie Iordanen, vt possideas nationes maximas.
XXX. c.9.℣.4.
Ne dicas in corde tuo, cùm deleuerit eos Dominus Deus tuus in conspectu tuo.
XXXI. c.9.℣.7.
Memento, & ne obliuiscaris quomodo ad iracundiam prouocaueris Dñm Deum tuū.

Nam

XXXII. c.9.℣.8.
Nam & in Horeb prouocasti eum; & iratus delere te voluit: quando ascendi in montem.

XXXIII. c.9.℣.12.
Dixitque mihi. Surge, & descende hinc; quia populus tuus quẽ eduxisti de Aegypto.

XXXIV. c.9.℣.15.
Cumque de monte ardente descẽderem; & duas tabulas Fœderis vtraque manu tenerem.

XXXV. c.9.℣.18.
Et procidi ante Dominũ sicut prius, quadraginta diebus & noctibus panem non comedens.

XXXVI. c.9.℣.20.
Aduersùm Aaron quoq; vehementer iratus, voluit eum conterere.

XXXVII. c.9.℣.21.
Peccatum autem vestrum quod feceratis, idest, vitulum arripiens, igne combussi.

XXXVIII. c.9.℣.22.
In incendio quoque & in temptatione & in Sepulcris concupiscentiæ prouocastis D.

XXXIX. c.9.℣.23.
Et quando misit vos de Cades Barne dicens. Ascendite, & possidere terram, quam dedi vobis.

XL. c.9.℣.24.
A die qua nosse vos cœpi: & iacui coram Domino quadraginta diebus ac noctibus.

XLI. c.10.℣.1.
In tempore illo dixit Dominus ad me, Dola tibi duas tabulas lapideas sicut priores.

XLII. c.10.℣.3.
Feci igitur arcam de lignis setbim: cumque dolassem duas tabulas lapideas, tabulas.

XLIII. c.10.℣.5.
Reuersusque de monte descendi; & posui tabulas in arcam, quam feceram.

XLIV c.10.℣.8.
Eo tempore separauit tribum Leui, vt portaret arcam Fœderis Domini.

XLV. c.10.℣.12.
Et nunc Israhel, quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas Dominum?

XLVI. c.10.℣.20.
Dominum Deum tuum timebis; & ei seruies: ipsi adhęrebis; iurabisq; in nõine illius.

XLVII. c.10.℣.22.
In septuaginta animabus descenderunt patres tui in Aegyptum, & ecce nunc.

XLVIII. c.11.℣.1.
Ama itaque Dominum Deum tuum & obserua præcepta eius & cærimonias.

XLIX. c.11.℣.13.
Si ergo obedieritis mandatis meis, quæ hodie præcipio vobis, vt diligatis Dñm.

L. c.11.℣.22.
Si enim custodieritis mandata, quæ ego pręcipio vobis, & feceritis ea, vt diligatis D.

LI. c.11.℣.26.
En propono in conspectu vestro hodie benedictionem & maledictionem.

LII. c.12.℣.1.
Hæc sunt præcepta atq; iudicia quæ facere debeatis in terra, quam Dominus Deus patrum tuorum daturus est tibi.

LIII. c.12.℣.4.
Non facietis ita Domino Deo vestro.

LIV. c.12.℣.5.
Sed ad locum, quem elegerit Dñs Deus vester de cunctis Tribubus vestris.

LV. c.12.℣.6.
Decimas & primitias manuum vestrarũ & vota atq; donaria, primogenita boum.

LVI. c.12.℣.15.
Sin autem comedere volueris, & te esus carnium delectauerit, occide & comede.

LVII. c.12.℣.28.
Obserua & audi omnia quæ ego præcipio tibi; vt benè sit tibi, & filijs tuis post te in sempiternum.

LVIII c.12.℣.32.
Quod præcipio tibi, hoc tantùm facito Domino: nec addas quicquam nec minuas.

LIX. c.13.℣.4.
Dominum Deum vestrum sequimini; & ipsum timete: mandata illius custodite.

LX. c.13 ℣.6.
Si tibi voluerit persuadere frater tuus filius matris tuæ, aut filius tuus vel filia.

LXI. c.13.℣.12.
Si audieris in vna vrbium tuarum, quã Dñs Deus tuus dabit tibi ad habitandum.

LXII. c.14.℣.1.
Filij estote Domini Dei vestri: non vos incidetis; nec facietis caluitiũ super mortuo.

LXIII. c.14.℣.3.
Ne comedatis quæ immunda sunt. Hoc est animal quod comedere deberis, bouem.

LXIV. c.14.℣.9.
Hæc comedetis ex omnibus quæ morantur in aquis Quæ habent pẽnulas & squamas.

LXV. c.14.℣.11.
Omnes aues mundas comedite; immundas ne comedatis, aquilam scilicet & grypẽ.

LXVI. c.14.℣.22.

Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis quæ nascuntur in terra, per annos singulos.

LXVII c.14.℣.24.

Cùm autem longior fuerit via & locus, quem elegerit Dominus Deus tuus tibiq; bẽ.

LXVIII c.15.℣.1.

Septimo anno facies remissionem: quæ hoc ordine celebrabitur. Cui debetur aliq.

LXIX. c.15.℣.5.

Si tamen audieris vocem Dñi Dei tui, & custodieris vniuersa quæ iussi, & quæ ego hodie præcipio tibi; benedicet tibi.

LXX. c.15.℣.7.

Si vnus de fratribus tuis, qui morantur intra portas ciuitatis tuæ in terra.

LXXI. c.15.℣.12.

Cùm tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus aut Hebræa, & sex annis seruierit tibi.

LXXII. c.15.℣.19.

De primogenitis tuis, quæ nascuntur in armentis & ouibus tuis, quidquid sexus est masculini, sanctificabis Dño Deo tuo.

LXXIII. c.16.℣.1.

Obserua mensem nouarum frugum & verni primũ temporis, vt facias Phase Domino Deo tuo.

LXXIV. c.16.℣.18.

Iudices & magistros constitues in omnibus portis tuis, quas Dñs Deus tuus dederit.

LXXV. c.16.℣.21.

Non plantabis lucum & omnem arborem iuxta altare Domini Dei tui nec facies tibi.

LXXVI. c.17.℣.2.

Cùm reperti fuerint apud te intra vnam portarum tuarum, quas Dñs Deus tuus dabit.

LXXVII. c.17.℣.8.

Si difficile & ambiguum apud te iudiciũ esse perspexeris inter sanguinem & sanguinẽ.

LXXVIII. c.17.℣.12.

Qui autem superbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio qui eo tempore ministrat.

LXXIX. c.17.℣.14.

Cùm ingressus fueris terram, quam Dñs Deus tuus dabit tibi, & possederis eam.

LXXX. c.18.℣.3.

Hoc erit iudicium Sacerdotum à populo & ab his qui offerunt victimas siue bouem.

LXXXI. c.18.℣.9.

Quando ingressus fueris terram, quam Dñs Deus tuus dabit tibi, caue ne imitari velis.

LXXXII. c.18.℣.15.

Prophetam de gente tua & de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi Dñs Deus tuus.

LXXXIII. c.18.℣.20.

Propheta autem, qui arrogantia deprauatus, voluerit loqui in nomine meo quæ ego non præcepi illi vt diceret.

LXXXIV. c.19.℣.1.

Cùm disperderit Dominus Deus tuus gẽtes, quarum tibi traditurus est terram.

In aliquibus vero Codicibus sic incipit ℣. 3.

Et in tres æqualiter partes totam terræ tuæ prouinciam diuides; vt habeat è vicino qui propter homicidium profugus est.

LXXXV. c.19.℣.14.

Non assumes & transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in possessione tua.

LXXXVI. c.19.℣.15.

Non stabit testis vnus contra aliquem, quicquid illud peccati & facinoris fuerit.

LXXXVII. c.19.℣.21.

Non misereberis eius: sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentẽ pro dente.

LXXXVIII. c.20.℣.1.

Si exieris ad bellum contra hostes tuos, & videris equitatum & currus & maiorem.

LXXXIX. c.20.℣.10.

Si quando accesseris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primùm pacem.

XC. c.20.℣.19.

Quando obsederis ciuitatẽ multo tempore, & munitionibus circumdederis vt expug.

XCI. c.21.℣.1.

Quando inuentum fuerit in terra, quam Dñs Deus tuus daturus est tibi, hominis cad.

XCII c.21 ℣.10.

Si egressus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos Dñs Deus tuus.

XCIII. c.21 ℣ 15.

Si habuerit homo vxores duas, vnam dilectam & alteram odiosam; genuerintque,

XCIV. c.21.℣.18.

Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non audiat patris ac matris imperium.

XCV. c.21.℣.22.

Quando peccauerit homo quod morte plectendum est; & adiudicatus morti.

XCVI. c.22.℣.1.

Non videbis bouem fratris tui aut ouem errantem, & præteribis; sed reduces fratri tuo.

XCVII. c. 22. ℣. 5.

Non induetur mulier veste virili; nec vir vtetur veste feminea: abominabilis enim.

XCVIII. c. 22. ℣. 6.

Si ambulans per viam, in arbore vel in terra nidum auis inueneris,& matrem.

XCIX. c. 22. ℣. 8.

Cùm ædificaueris domum nouam,facies murum tecti per circuitum; ne effundatur sanguis in domo tua.

C. c. 22. ℣. 10.

Non arabis in boue simul & asino.

C I. c. 22. ℣. 13.

Si duxerit vir vxorem & postea eam odio habuerit;quæsieritque occasiones.

CII. c. 22. ℣. 22.

Si dormierit vir cum vxore alterius;vterque morientur, idest, adulter & adultera.

CIII. c. 22. ℣. 23.

Si puellam virginem desponderit vir; & inuenerit eam aliquis in ciuitate & concubuerit cum illa.

CIV. c. 22. ℣. 25.

Sin autem in agro repererit vir puellam quæ disponsata est, & apprehendens concubuerit cum illa.

CV. c. 22. ℣. 28.

Si inuenerit vir puellam virginem, quæ non habet sponsum; & apprehendens, concubuerit cum ea.

CVI. c. 22. ℣. 30.

Non accipiet homo vxorem patris sui.

CVII. c. 23. ℣. 1.

Non intrabit eunuchus attritis vel amputatis testiculis, & abscisso veretro Ecclesiam Domini.

CVIII. c. 23. ℣. 2.

Non ingredietur Manzer,hoc est,de scortonatus in Ecclesiam Domini vsque ad decimam generationem.

CIX. c. 23. ℣. 7.

Non abominaberis Idumæum; quia frater tuus est: nec Aegyptium; quia aduena fuisti.

C X. c. 23. ℣. 10.

Si fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus sit somnio, egredietur extra castra.

C X I. c. 23. ℣. 15.

Non trades seruum domino suo, qui ad te confugerit.

C X I I. c. 23. ℣. 17.

Non erit meretrix de filiabus Israel,neq; scortator de filijs Israel.

CXIII. c. 23. ℣. 18.

Non offeres mercedem prostibuli nec pretium canis in domo Domini Dei tui.

CXIV. c. 23. ℣. 19.

Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram pecuniam nec fruges, aliam quamlibet rem.

CXV. c. 23. ℣. 21.

Cùm votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere: qu a requiret illud Dominus.

CXVI. c. 23. ℣. 24.

Ingressus vineam proximi tui, comede vuas quantum tibi placuerit; foras autem ne efferas.

CXVII. c. 23. ℣. 25.

Si intraueris segetem amici tui, franges spicas, & manu conteres; falce autem non metas.

CXVIII. c. 24. ℣. 1.

Si acceperit homo vxorẽ,& habuerit eã; & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem.

CXIX. c. 24. ℣. 5.

Cùm acceperit homo nuper vxorem, non procedet ad bellum.

CXX. c. 24. ℣. 6.

Non accipies loco pignoris inferiorem & superiorem molam.

CXXI. c. 24. ℣. 7.

Si deprehensus fuerit homo sollicitans fratrem suum de filijs Isral, & vendito eo, acceperit pretium.

CXXII. c. 24. ℣. 9.

Mementote quæ fecerit Dominus Deus vester Mariæ in via,cùm egrederemini de Aegypto.

CXXIII. c. 24. ℣. 10.

Cùm repetes à proximo tuo rem aliquã quam debet tibi,nõ ingredieris domũ eius.

CXXIV. c. 24. ℣. 12.

Sin autem pauper est, non pernoctabit apud te pignus; sed statim reddes ei.

CXXV. c. 24. ℣. 16.

Non occidentur patres pro filijs; nec filij pro patribus.

CXXVI. c. 24 ℣. 17.

Non peruertes iudicium aduenæ & pupilli.

CXXVII. c. 24 ℣. 17.

Non auferes pignoris loco, viduæ vestimentum: memento quòd seruieris in Aegypto.

CXXVIII. c. 24 ℣. 18.

Idcirco præcipio tibi vt facias hanc rem.

quando messueris segetem in agro.

CXXIX c. 24. ℣. 20.

Si fruges colliges oliuarum, quicquid remanserit in arboribus, non reuerteris vt colligas.

CXXX. c. 24. ℣. 22.

Si vindemiaueris vineam tuam, non colliges remanentes racemos.

CXXXI. c. 24. ℣. 22.

Et idcirco præcipio tibi vt facias hanc rem. Si fuerit causa inter aliquos, & interpellauerint Iudices, quem iustum esse perspexerint.

CXXXII. c. 25. ℣. 4.

Non ligabis os bouis terentis in area fruges tuas.

CXXXIII. c. 25 ℣. 5.

Quando habitauerint fratres simul, & vnus ex eis absque liberis mortuus fuerit.

XXXIV. c. 25. ℣. 7.

Sin autem noluerit accipere vxorē fratris sui, quæ ei lege debetur, perget mulier.

CXXXV c. 25. ℣. 11.

Si habuerint inter se iurgium viri, & vnus contra alterum rixari cœperit.

CXXXVI. c. 25. ℣. 13.

Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius & minus: nec erit in domo tua modius.

CXXXVII. c. 25. ℣. 17.

Memento quæ fecerit tibi Amalec in via, quando egrediebaris ex Aegypto.

CXXXVIII. c. 26. ℣. 1.

Cumq; intraueris terram quā Dñs Deus tuus tibi daturus est, possidendam.

CXXXIX. c. 27. ℣. 9.

Dixeruntq; Moyses & Sacerdotes Leuitici generis ad omnem Israhelem.

CXL. c. 27 ℣. 11.

Præcepitq; Moyses populo in die illo dicens. Hi stabunt ad benedicendum Dominum super montem Garizim.

CXLI. c. 27. ℣. 14.

Et pronunciabunt Leuitæ, dicentque ad omnes viros Israhel excelsa voce.

Maledictus homo, qui facit sculptile.

Maledictus, qui non honorat patrem suū.

Maledictus, qui transfert terminos proximi sui.

Maledictus, qui errare facit cæcum in itinere.

Maledictus, qui peruertit iudiciū aduenæ.

Maledictus, qui dormit cum vxore patris sui.

Maledictus, qui dormit cū omni iumēto.

Maledictus, qui dormit cum sorore sua.

Maledictus, qui dormit cum socru sua.

Maledictus, qui clam percusserit proximum suum.

Maledictus, qui accipit munera.

Maledictus, qui non permanet in sermonibus legis huius.

CXLII. c. 28. ℣. 1.

Sin autem audieris vocē Domini Dei tui, vt facias atq; custodias omnia mandata eius.

CXLIII. c. 18. ℣. 15.

Quòd si audire nolueris vocem Dñi Dei tui, vt custodias & facias omnia mādata eius.

CXLIV. c. 29 ℣. 1.

Hæc sunt verba fœderis, quæ præcepit Dominus Moysi.

[*Ita in vno Cod. in alijs verò sic incipit.* ℣.]

Vocauitq; Moyses omnem Israhel & dixit ad eos. Vos vidistis vniuersa quæ fecit Dominus coram vobis in terra Aegypti.

CXLV. c. 29. ℣. 29.

Proiecitq; in terram alienam, sicut hodie comprobatur. abscondita Dño Deo nostro.

CXLVI. c. 30. ℣. 14

Sed iuxta te est sermo valde in ore tuo & in corde tuo, vt facias illum.

CXLVII. c. 30. ℣. 15.

Considera quod hodie proposuerit in conspectu tuo vitam & bonum, & è contrario mortem & malum.

CXLVIII. c. 31. ℣. 1.

Abijt itaque Moyses, & locutus est omnia verba hæc ad vniuersum Israhel; & dixit ad eos. Centum quadraginta annorum sum hodie.

CXLIX. c. 31. ℣. 7.

Vocauitq; Moyses Iosue, & dixit ei corā omni Israhel. Confortare & esto robustus: tu enim introduces populum istum in terram.

C L. c. 31. ℣ 16.

Dixitq; Dñs ad Moysen. Ecce tu dormies cum patribus tuis: & populus iste consurgens, fornicabitur post deos alienos.

C L I. c. 31. ℣ 22.

Scripsit ergo Moyses Canticum; & docuit filios Israhel: præcepitque Dñs Iosue filio Nun, & ait. Confortare & esto robustus.

Audite cæli quæ loquor: audiat terra verba oris mei: concrescat in pluuia doctrina mea.

CLII. c. 32. ℣. 48.

Locutusq; est Dñs ad Moysen in eadem die, dicens. Ascende in montē istū Abarim.

Hæc

CLIII. c. 33. ✠. 1.

Hæc est benedictio, qua benedixit Moyses homo Dei filijs Israhel ante mortem suam.

CLIV. c. 34. ✠. 5.

Mortuusque est ibi Moyses seuus Domini in terra Moab iubente Domino.

CLV. c. 34. ✠. 10.

Et non surrexit Propheta vltra in Israhel sicut Moyses, quem nosset Dominus facie ad faciem.

a [a] *Explicit Elle, quod Græcè dicit ur Deuteronomium.*

V. II. DC. al. II. DCC.

[*hoc est, Vers.* 2600. *al.* 2700.]

[*Codd: Vatic.* 4220: *Oratorij. B. vj. B. vij. & S. Petri* 21.]

* (*) *Incipit Præfatio Iesu Naue & Iudicum.*

TAndem finito Pentateucho Moysi, velut grādi fœnore liberati, ad Hiesum filium Naue manum mittimus; quem Hebræi Iosue Ben Nun, id est, Iosue filium Nun vocant: & ad Iudicum librum, quem Sopthim appellant; ad Ruth quoque & Hester, quos ijsdem nominibus efferunt &c. *vsque*. & nos ad patriam festinantes, mortiferos sirenarum cantus surda debeamus aure transire.

Explicit (*) Præfatio.

[*Codd. S. Pauli. Oratorij B. vj. B. vij. & S. Petri* 21. *Vatican.* 4220.]

** (**) *Incipit Capitulatio Libri Iesu Naue.*

Cap. I. PRomittit Deus Iosue, dicens. *Sicut fui cum Moyse, ero & tecum.*

II. Præparare cibaria [a] iubetur populo, [b] vt transeant Iordanem.

III. Destinantur exploratores à Iosue in Hiericho.

IV. [c] Promittit [d] Dñs Iosue, dicens. *Hodie incipiam exaltare te coram omni Israel: vt sciant quia sicut fui cum Moyse, ita & tecum sum.* c d

V. Iubente Domino siccauit alueus Iordanis [e] transeunte Israel. e

VI. Duodecim lapides electi de Iordanis alueo ob commemorationem futuri temporis.

VII. Introeunte Israel terram Chanaan, territi sunt cuncti Reges.

VIII. Hæc autem causa secundæ circumcisionis.

IX. Hucusque comederunt manna.

X. Ostendit se Angelus Domini Iosue: qui dixit. *Princeps exercitus Domini sum.*

XI. De obsidione vel subuersione muri Hierico.

XII. Inprecatio Iosue.

XIII. Præuaricatio populi.

XIV. Confortat Dominus Iosue ad præliandum.

XV. Perturbatio Regum.

XVI. Simulatio Gabaonitarum.

XVII. Conglobati quinq. Reges contra Iosue ascenderunt: tunc imperauit Soli; & stetit [f] spatio diei vnius. f

XVIII. Iuuante Domino extincti sunt Reges cum exercitu suo.

XIX. Ruben, Gad & dimidiæ tribui Manasse terram sibi dari [g] postulant à Moyse. g

XX. Hi sunt Reges terræ, quos percussit Iosue & filij Israel.

XXI. Diuidere [h] terrā populis, hortatur Dominus Iosue. h

XXII. Promissum repetit Chaleb mōtem, in quo Hebron. hic legis Adam situm.

XXIII. Sors Iudæ.

XXIV. Sors filiorum Ioseph, Ephraim & Manasse.

XXV. Filij Ioseph petūt sibi augmentari funiculum à Iosue quibus ait.

---

a. *al.* Explicit Liber Deuteronomij. * Incipit Præfatio *al.* Prologus S. Hieronymi Presbyteri in Libro Iosue Ben Nun. * *al.* Prologus. ** *al.* Incipiunt Capitula in Libro Iosue Ben Nun. a. *al.* iubet. b. *al.* transeat. c. *al.* Promisit. d. *al.* Deus. e. *al.* cunctis. f *al.* spatium. g. *al.* postulantes. h. *al.* terras.

ait. *Ascendite in montem; & succidite syluam: & mundate vobis ad habitandum spatia.*

XXVI. Congregatiq; sunt omnes filij Israhel in Silo.

XXVII. Destinâtur viri ad describendã terram: reuersique descriptionem tradunt Iosue, qui misit sortes coram Domino in Silo: diuisitque terram filijs Israel in septem partes.

XXVIII. Vrbes fugitiuorum.

XXIX. Vrbes Leuitarum.

XXX. Post bellorum turbines data est [i] & requies à Domino.

k XXXI. Inconsulta re [k] facta à tribu Ruben altare immensæ magnitudinis.

XXXII. Replicat à principio Iosue cũcta Israeli cum obtestatione ne discedant [l] à præceptis Domini, appropinquante die obitus sui.

m XXXIII. [m] Vnde natus sit Abraham vel vbi [n] perductus. Item cõgregatis, cum pacto obtestationis adloquitur eos Iosue.

o (o) *Explicium Capitula.*

[*Cod. S. Petri, 21.*]

Post obitum Moysi surgit Naueius heros;
Transit Iordanem lapides ad castra ministri
Leuitæ medio Iordanis gurgite portant.
Vrbs capitur Hierico. Saluator diuidit arua.
Per vicos, vrbes, montes & flumina certe
Designat nobis vitæ cælestia regna.

[*Codd. S. Pauli. Orat. B. vj. & B. vij. S. Petri, 21. & Vat. 4220.*]

p *Incipit Liber (p) Iesu Naue.*

I. c. 1. ℣. 1.

Et factum est, vt post mortem Moysi serui Dñi loqueretur Dñs ad Iosue.

II. c. 1. ℣. 10.

Præcepitque Iosue principibus populi, dicens. Transite per medium castrorum, & imperate populo; & dicite. Præparate.

III. c. 2. ℣. 1.

Misit ergo Iosue filius Nun de Sattim duos viros exploratores absconditõ; & dixit eis. Ite, & cõsiderate terrã vrbemq; Hierico.

IV. c. 3. ℣. 7.

Dixitq; Dñs ad Iosue. Hodie incipiam exaltare te corã omni Israel; vt sciant quòd sicut cum Moyse fui, ita & tecum sum.

V. c. 3. ℣. 14.

Igitur egressus est populus de tabernaculis suis, vt trãsirent Iordanem: & Sacerdotes.

VI. c. 4. ℣. 1.

Quibus transgressis, dixit Dñs ad Iosue. Elige duodecim viros singulos per singulas Tribus.

VII. c. 5. ℣. 1.

Postquam ergo audierunt omnes Reges Amorræorũ, qui habitabãt trans Iordanen.

VIII. c. 5. ℣. 2.

Eo tempore ait Dñs ad Iosue. Fac tibi cultros lapideos; & circũcide secundò fil. Isr.

IX. c. 5. ℣. 12.

Defecitque manna postquam comederunt de frugibus terræ; nec vsi sunt vltra.

X. c. 5. ℣. 13.

Cùm autẽ esset Iosue in agro vrbis Hierico, leuauit oculos & vidit virum stantem contra se, & euaginatum tenẽtem gladium.

XI. c. 6. ℣. 1.

Hiericho autẽ clausa erat atq; munita timore filiorũ Israel; & nullus egredi audebat.

XII. c. 6. ℣. 25.

In tẽpore illo imprecatus est Iosue, dicẽs. Maledictus vir coram Dño, qui suscitauerit.

XIII. c. 7. ℣. 1.

Filij autem Israel præuaricati sunt mandatum; & vsurpauerunt de anathemate.

XIV. c. 8 ℣. 1.

Dixit autẽ Dñs ad Iosue. Ne timeas, neq; formides. Tolle tecum omnẽ multitudinẽ.

XV. c. 9. ℣. 1.

Quibus auditis cũcti Reges trãs Iordanen, qui versabantur in montanis & cãpestribus.

XVI. c. 9. ℣. 3.

At hi qui habitabant in Gabaon, audientes cuncta quæ fecerat Iosue Hierico & Hai.

Quæ

i. *al.* à Domino requies. k. *lege* factum. l. *al.* à præcepto. m. *al.* Vbi. n. *al.* productus. o. *al.* Explicuerunt. p. *al.* Iosue Ben Nun.

XVII. c.10.℣.1.
Quæ cùm audisset Adonisedech Rex Hierusalem, quòd scilicet cœpisset Iosue Hai.
XVIII. c.10.℣.8.
Dixitque Dominus ad Iosue. Ne timeas eos. In manus enim tuas tradidi illos.
XIX. c.12.℣.6.
Moyses famulus Domini & filij Israhel percusserunt eos: tradiditq; terram eorum Moyses in possessioné Rubenitis & Gadditis.
XX. c.12.℣.7.
Hi sunt Reges terræ, quos percussit Iosue & filij Israel trans Iordanen ad occid. plagã.
XXI. c.13.℣.6.
Ego sum qui delebo eos à facie filiorum Israel. Veniat ergo in partem hæreditatis Israhel, sicut præcepi tibi.
XXII. c.14.℣.6.
Accesserunt itaq. filij Iuda ad Iosue in Galgal: locutusque est ad eum Chaleb.
XXIII. c.15.℣.1.
Igitur sors filiorum Iudæ per cognationes suas ista fuit. A termino Edom desertum Sin contra meridiem.
XXIV. c.16.℣.1.
Cecidit quoq; sors filiorũ Ioseph ab Iordane contra Hiericho, & aquas eius ab Or.
XXV. c.17.℣.14.
Locutiq; sunt filij Ioseph ad Iosue, atque dixerunt. Quare dedisti mihi possessionem sortis & funiculi vnius?
XXVI. c.18.℣.1.
Congregatique sunt omnes filij Israel in Silo; ibiq; fixerũt Tabernaculũ Testimonij.
XXVII. c.18.℣.8.
Cumq; surrexissent viri vt pergerent ad describendam terram, præcepit eis Iosue, dicens. Circumite terrã, & describite eam.
XXVIII. c.20.℣.1.
Et locutus est Dominus ad Iosue, dicens. Loquere filijs Israel & dic eis. Separate vrbes fugitiuorũ, de quibus locutus sũ.
XXIX. c.21.℣.2.
Locutique sunt ad eos in Silo terræ Chanaan atque dixerunt. Dominus præcepit per manum Moysi vt darentur nobis vrbes.
XXX. c.21.℣.42.
Dataque est ab eo pax in omnes per circuitum nationes, nullusq; eis hostium resistere ausus est: sed cuncti in eorũ ditione red.s.
XXXI. c.22.℣.10.
Cumque venissent ad tumulos Iordanis in terra Chanaan, ædificauerunt iuxta Iordanen altare infinitæ magnitudinis.
XXXII. c.23.℣.1.
Euoluto autẽ multo tẽpore, postquã pacẽ Dominus dederat Israeli subiectis in gyro.
XXXIII. c.24.℣.1.
Congregauitque Iosue omnes Tribus Israel in Sichem; & vocauit maiores natu.

Explicit Liber Iosue Ben Nun.
V. I. DCCI.

[*Hoc est, Vers.* 1701.]

[*Codd. S. Pauli. Oratorij B. vj. B. vij. S. Petri* 21. & *Vatic.* 4220.]

Incipiunt Capitula (*) *in Libro Iudicum.*

Cap. I. IVdas eligitur Dux belli.
II. [a] Increpat populum Dñs pro excessu idolorum. a
III. Post obitum Iosue fecerunt Israelitæ malum in conspectu Domini: quos tradidit inimicis suis in prædam.
IV. Excitantur a Domino Iudices ad liberationem Israel: etiam ipsos [b] spreuerunt. quibus reseruauit gentes; vt in ipsis experiatur Israhel. b
V. Hæ sunt gentes, quas Dominus dereliquit.
VI. Pro excessu idolorum captiuati sunt à Rege Cusan [c] Mesopotamiæ. c
VII. Item pro malis tradũtur Eglon Regi Moab: quem interfecit Aoth in cænaculo suo cum arte, interfectis etiam decem millibus Moabitarum: & quieuit terra [d] octoginta annis. d
VIII. [e] Samagar, qui occidit sexcentos viros vomere. e
IX. Constantia mulieris Iahel, quæ clauo infixo tempore Sisaræ.

Sequitur

---

* al. Libri. * al. Sophim, id est, Iudicum. a. al. increpauit eos Angelus Domini &c. b. al. respuerunt. c. al. in Mesopotamia. d. al. triginta. e. al. Samgar. LXX. Samegar.

Sequitur Canticum Barac & Debboræ.

Post excessus populi consuetos, apparuit Angelus Domini Gedeon, confortans ad prœliandum. Subuertit etiam Bahal & obtulit sacrificium Domino ipsius. viri trecenti [f] lambierant aquas vt canes [g] is postmodum excessit cum Israel.

XI. De regno Abimelech infirmo: qui moritur de fragmento petræ molæ.

XII. Regnum [h] Iar.

XIII. Regnum Iepthæ: is occidit filiam suam; & fecit consuetudinem malam.

XIV. Iudex Abessan.

XV. Iudex Manue: cuius filius famosus Samson.

XVI. Excessus Michæ.

XVII. De adolescente Leuita agnito apud Micham, & reuocato [i] à tribu Dan in sacerdotio idoli.

XVIII. Vir Leuites cui contigit nefas.

(k) *Expliciunt Capitula.*

Incipit Liber (*) Iudicum.

I. c.1. ℣.1.

POst mortem Iosue consuluerunt filij Israel Dñm, dicentes. Quis ascendet ante nos cōtra Chananæū,& erit dux belli?

II. c.2. ℣.1.

Ascenditque Angelus Dñi de Galgala ad locū flentium,& ait. Eduxi vos de Aegypto.

III. c.2. ℣.8.

Mortuus est autem Iosue filius Nun famulus Domini centum & decem annorum, & sepelierunt eū in finibus possessionis suæ.

IV. c.2 ℣.16.

Suscitauitque Dñs Iudices,qui liberarent eos de vastātiū manibus:sed nec illos audire voluerunt fornicantes cum dijs alienis.

V. c.2.℣.23.

Dimisit ergo Dñs omnes has nationes:& citò subuertere noluit, nec tradidit in manu Iosue.

VI. c.3. ℣.5.

Itaque filij Israel habitauerunt in medio Chananæi & Ethei & Amorræi & Pherezæi.

VII. c.3. ℣.12.

Addiderunt autem filij Israel facere malum in conspectu Domini: qui confortauit aduersum eos Eglon Regem Moab.

VIII. c.3. ℣.31.

Post hunc fuit Samgar filius Anath qui percussit de Phylisti. sexcentos viros vōere.

IX. c.4. ℣. 1.

Addideruntq; filij Israel facere malū in conspectu Dni post mortē Aoth: & tradidit illos Dñs in manu Iabin Regis Chanaan.

X. c.6.℣.1.

Fecerunt autē filij Israel malū in cōspectu Dñi,qui tradidit eos in manu Madian.7.an.

Al.verò ita incipit hoc Caput x. c.6.℣.8.

Hæc dicit Dñs Deus Israel. Ego vos feci conscendere de Aegypto & eduxi de domo seruitutis & liberaui de manu Aegyptiorū.

XI. c.8.℣.29.

Abijt itaque Ieroboal filius Ioas & habitauit in domu sua:habuitq;septuaginta filios.

Al. ita incipit hoc Caput xi. c.8.℣.33.

Postquā autē mortuus est Gedeon, auersi sūt filij Israel; & fornicati sunt cum Baalim.

XII. c.10.℣.3.

Huic successit Iahir Galadites: qui iudicauit Israel per viginti & duos annos.

XIII c.11. ℣.1.

Fuit illo in tempore Iephte Galaadites vir fortissimus atque pugnator, filius meretricis mulieris:qui natus est de Galaad.

XIV. c.12. ℣.8.

Post hunc iudicauit Israel Abesan de Bethleem;qui habuit triginta filios & totidē filias, quas emittens foras,maritis tradidit.

XV. c.13.℣.2.

Erat autē vir quidē de Saraa & de stirpe Dan nomine Manue, habēs vxorem sterilē.

XVI. c.17.℣.1.

Fuit eo tempore vir quidam de monte Ephraim nōine Michas,qui dixit matri suæ.

XVII. c.17. ℣.7.

Fuit quoq; alter adolescens de Bethleem Iuda & cognatio eius: eratque ipse Leuites, & habitabat ibi,egressusq; de ciuitate Bethl. Fuit

---

f. *al.* lamberant. *for.* lambuerunt. g. *al.* his. *al.* hi. h. *al.* Iair. i. *al.* & reuocato citò. k. *al.* Explicuerunt. * *al.* Sophim, id est, Iudicum.

XVIII. c. 19. ✝. 1
Fuit quidam vir Leuites habitãs in latere montis Ephraim; qui accepit vxorem de Bethleem Iuda. quæ reliquit eum.

Explicit Liber Sopthim, id est, Iudicum.
V. I. DCCL.

[*Hoc est, Verſ.* 1750.]

[*Codd. Vatic.* 4220. *S. Pauli, & Orat. F.* 71.]

Incipiunt Capitula [*] *Libri Ruth.*

Cap. I. [a] FActa fame in terra Iudæ, Elimeleth de Bethleem Iuda abijt cum vxore ſua Noemi & duobus filijs in terra Moabitide cauſa victualium: quo mortuo, filij eius accipientes vxores, & ipſi mortui ſunt.

II. Noemi reuertentem ad patriam, Ruth nurus deſerere noluit: quæ perueniens in Bethleem Iuda, perrexit in agrum Booz ad colligendas ſpicas.

III. Booz dat licentiam Ruth vt de agro eius colligat ſpicas, & hora veſcendi cum meſſoribus comedat; pro eo quòd audierat, eam benè egiſſe circa ſocrum ſuam.

IV. Inquirenti Noemi indicat Ruth quale in agro Booz fecerit opus.

V. Commonita Ruth à ſocru ſua, iungitur puellis Booz iterum ad operandum.

VI. Reuerſa Ruth denuò ad ſocrum ſuam, monetur ab ea quemadmodum debeat Booz coniugio ſociari.

VII. Ruth inſtructa, collocauit ſe nocte ad pedes Booz: qui ab eius coitu abſtinuit.

VIII. Booz præſentibus decem viris in porta Bethleem, conſuluit propinquiorem ſe de nuptijs.

IX. Soluit propinquus ſecundùm morem calciamentum ſuum, & dedit Booz, ceſſitque iure propinquitatis: & Booz Ruth accepit vxorem. natuſque [b] illi eſt filius; quem Noemi ſocrus nutriendum ſuſcepit.

X. Vocatum eſt nomen filij Obed. hic eſt pater Iſai patris Dauid. deinde ſequuntur generationes à Phares vſque ad Dauid.

(c) *Explicuerunt Capitula.*

[*Codd. S. Pauli. Orat. B. vj. & F.* 71.].

Incipit Liber Ruth.

I. c. 1. ✝. 1.
IN diebus vnius Iudicis, quando Iudices præerant, facta eſt fames in terra.

II. c. 1. ✝. 10.
Tecum pergemus ad populum tuum. quibus illa reſpondit. Reuertimini filiæ mi: cur venitis mecum? num vltra habeo filios in vtero meo, vt viros ex me ſperare poſſitis?
Al. ita incipit hoc Caput II. c. 2. ✝. 1.
Erat autẽ viro Elimelech cõſanguin. homo potens & magnarum opum, nomine Booz.

III. c. 2. ✝. 4.
Dixitq; meſſoribus. Dñs vobiſcum. qui reſponderunt ei. Benedicat tibi Dominus.

IV. c. 2. ✝. 19.
Dixitq; ei ſocrus. Vbi hodie collegiſti? & vbi feciſti opus? ſit benedictus qui miſertus eſt tui.

V. c. 2. ✝. 22.
Cui dixit ſocrus. Melius eſt filia mi vt cum puellis eius exeas ad metendum; ne in alieno agro quiſpiam reſiſtat tibi.

VI. c. 3. ✝. 1.
Poſtquam autem reuerſa eſt ad ſocrum ſuam, audiuit ab ea. Filia mi, quæram tibi requiem: & prouidebo vt bene ſit tibi.

VII. c. 3. ✝. 7.
Cumq; comediſſet Booz, & bibiſſet, & factus eſſet hilarior, iſſetq; ad dormiendum.

VIII. c. 4. ✝. 1.
Aſcendit ergo Booz ad portam, & ſedit ibi; cumq; vidiſſet propinquum præterire.

* al. in Libro. a. al. Facta eſt. b. al. illis. c. al. Explicitunt.

IX. c. 4. ℣. 6.

Qui respondit. Cedo iure propinquitatis: neque enim posteritatem familiæ meæ delere debeo.

X. c. 4. ℣. 17.

Natus est filius Noemi; vocauerunt nomẽ eius Obed. hic est pater Isai patris Dauid.

* (*) *Explicuit Liber Ruth.*
V. CCL. al. V. I. CCL.
al. II. V. CCL.

[*hoc est, Vers. 250. al. Vers. 1250.*]
al. Vers. 2250.

[*Cod. Orat. B. vj. & Vat.* 4220.]

* (*) *Incipiunt Capitula Regum*
** *Libri Primi & Secundi* (**).

Cap. I.	DVo filij Heli, Ofni & Phinees Sacerdotes.
II.	Anna sterilis.
III.	Oratio Annæ habendi filium.
IV.	Canticum Annæ.
a V.	Samuhel [a] ministerio Domus Dei delegatur à parentibus.
VI.	Excessus filiorum Heli Sacerdotis.
VII.	Peccatum puerorum Heli Sacerdotis.
VIII.	Item Annæ ex benedictione nati sunt tres filij.
IX.	Adulterium filiorum Heli.
X.	Heli arguitur a Domino pro excessibus.
XI.	Ministerium Samuhel.
XII.	Vocatur Samuhel à Domino tertiò per visionem.
XIII.	Sermo Domini ad Samuhel in Silo.
XIV.	Prælium Philistijm contra Israhel; in quo Arcam detulerunt sibi in auxilium. etiam Ophni & Phinees Sacerdotes mortui sunt.
XV.	Arca Dei capta est à Philistijm in prælio.
b XVI.	[b] Celere nuntio retrorsum cecidit Heli Sacerdos; & mortuus est. Etiam Arcam Dei posuerunt contra simulacrum Dagon: propter quod percussit Dominus omnes Philistæos in posteriora propter insultationem.
XVII.	Adloquitur Samuhel Israhelem, vt relinquant Bahalim & Astharoth, & seruiant Domino. etiam orante eo liberati sunt à Philistæis; quos intonuit: nec vltra præualuerunt in diebus Samuel.
XVIII.	Samuhel duos filios suos iudices Israheli constituit; qui excesserunt: qua propter petierunt Israhel à Samuhel constitui sibi regem: quod displicuit Dño.
XIX.	Iubente Domino ius Regis constituitur Israheli à Samuhel: quorum filios in seruitium redegit etiam prædia.
XX.	In regnum constituitur Saul.
XXI.	[c] Ignoranti Samuheli deducitur Saul à Domino, constituendus dux Israheli. c
XXII.	Primum bellum Saul contra Naas.
XXIII.	Renitentes aliquos ex populo, iterum innouauit regnum Saul Samuhel in Galgalis. etiam pœnitet populum petisse sibi regem.
XXIV.	Excessit Saul offerens victimas inlicitè.
XXV.	Prima cædis Ionathan de Philistijm.
XXVI.	Pœnitet Dominum fecisse Saul regem, dixit Samuheli.
XXVII.	Testimonium Prophetæ dicentis, nolle Deum sacrificium sed obedientiam. sed statim pœnituit Saul: tamen nolente orare Samuhel, & auertente se ab eo, tenuit summitatem pallij eius; & scissum est. Samuhel Propheta manibus suis interfecit Agag regem Amalech.
XXVIII.	Spreto Saul rege, elegit Dominus filium Isai in regno, nomine Dauid. etiam vexatur Saul

---

* *al.* Explicit. * *al.* Incipiunt Capitula Libri Regum I. ** *Apud Hebræos tertius in ordine Prophetarum liber est* Samuel: *quem nos Regum primum & secundum dicimus*, *vide S. Hieronymum in Prologo Galeato*. a. *al.* in b. *al.* celeri. c. *al.* ignorante Samuele.

Saul ab spiritu malo.

XXIX. Golia spurius insurgit contra Israhel; quem extinguit Dauid adiuuante Domino. Principium belli eius.

XXX. Ionatha filius Saul, & Dauid ineunt fœdus.

XXXI. Arreptus Saul percutere voluit Dauid [d] lancea. d

XXXII. Post arreptionem, Saul denuo prophetauit cum ceteris. Signum inter Dauid & Ionatha.

XXXIII. Dauid mutat regionem: in qua panes Propositionis accepeos ab Abimelech Sacerdote, comedit.

XXXIV. Refugit Dauid ad Achis regem Geth.

XXXV. Fugit iterum in speluncam Odollam; vbi incolæ elegerunt eum sibi principem. commendat etiam matrem & fratres suos regi Moab.

XXXVI. Arreptus à diabolo Saul rex, iussit Doec seruo suo; & interfecit Sacerdotes lxxxv. vestitos Ephod lineo: etiam ciuitates eorum percussit in ore gladij.

XXXVII. Consuluit Dauid Dominum secundò, si iuberet ei vt exiret cōtra Philistæos Ceilæ & hortatur. & audiens Saul consurgit aduersus Dauid.

XXXVIII. Occurrit Ionatha in silua ad confortandum Dauid: quem incolæ terræ [e] prodent ad Saul. e

XXXIX. Mutauit locum latendi Dauid in Engaddi: quem secutus est Saul in spelunca. introgresso ad secreta naturæ, abscidit Dauid extremum clamydis eius; & non sensit: quem tamen noluit percutere metu Domini; sed secutus post eum, increpans ostendit ei scissuram clamydis.

XL. Testimonium quod contra Saul arguendo dicit Dauid: veruntamen compunctus Saul, fleuit; & profitetur iustiorem esse à se Dauid.

XLI. Obitus Samuhel Prophetæ. Nabal quidem tondit oues: qui respuit nuntios Dauid; sed Abigail vxor eius curauit humilitate sua.

XLII. Iterum Saul post beneficium, quod ei concessit Dauid, persequitur eum Saul in [f]Geth: & tradidit eum Dominus in manus Dauid; & noluit percutere eum. f

XLIII. Item abscondit se Dauid in regione Philistinorum quattuor menses: quem desijt quærere Saul.

XLIV. Bellum Achis contra Israel.

XLV. Saul rex excedit quærens phytonissam.

XLVI. Spiritus Samuhel loquitur ad Saul; & prædicit ei mortem suam & filiorum, alio die venturam.

XLVII. Sicelech populi lapidare voluerunt Dauid, dolentes pro suis qui captiuati erant. spolia iubet Dauid diuidi etiam his qui defecerant, euntes post latrunculos. misit etiam dona Senioribus Iuda propinquis suis.

XLVIII. Superatur Israel à Philisthijm: & interficiunt filios Saul; & ipsum sagittis vulnerant: postmodum gladio suo incubuit, & armiger eius similiter. Populus [g] Iaben secuti Philisthijm sustulerunt corpus Saul & filiorum eius; & incenderunt igni: postmodum combusta sepelierunt: post hoc ieiunauerunt septem diebus. g

[*Al. Incipiunt Capitula libri Regum II.*

I. Nuntium sceleris *&c. &c. sic deinceps nouo numerorum ordine.*]

XLIX. Nuntium sceleris iubet ante se percuti Dauid pro morte Ionathæ & patris [h] & fratrum eius. h

L. Luxit Dauid mortem Saul & filio-

d. *al.* cum. e. *al.* prodeunt. f. *leg.* Ziph. g. *al.* Iabes. h. *al. omittit* & fratrum.

liorum eius : prædicta sunt tamen hæc testimonijs [i] alloquitur Dauid . i

LI. Consuluit Dauid Dominum, in qua vrbe Iudæ ascendat. & respondit ei. *In Hebron.* egit gratias viris Iabin pro sepultura Saul .

LII. Abner filius Ner, filium Saul regem facit; sed duobus annis regnauit . qui pugnauit contra Dauid grauiter .

LIII. Longa concertatio inter domũ Dauid & Saul . sed & nomina sex filiorum Dauid , qui nati sunt ei in Hebron .

LIV. Iurgium inter Abner , & filium Saul causa concubinæ patris sui Saul .

LV. Abner deseruit filium Saul ; & contulit se ad Dauid : etiam vniuersum Israel qui dissentiebat , Dauid subdit .

LVI. Ioab displicuit amicitia Abner cum Dauid : quem reuocauit, & occidit inscio rege; quia occiderat fratrẽ Ioab [k] Asahel .

k LVII. Displicuit Dauid factum Ioab : quem taliter maledixit, *Nec deficiat de domo Ioab fluxum seminis sustinens , vel leprosus* & cetera .

LVIII. Dauid exsequias & luctum celebrari iubet percussorem Abner id est , Ioab , etiam vulgus cum eo .

LIX. Post necem filiorum Saul vel Abner , contulit se vniuersus Israel etiam seniores eorum ad Dauid : fœdus etiam celebrauit cum eis . & quòd quadraginta ãnis regnauerit in Israel.

LX. Rex Tyri per nuntios misit munera Dauid . etiam nomina filiorum eius , qui nati sunt ei in Hierusalem .

l LXI. Ascendunt Philistijm ad [l] debellandum Dauid : sed consuluit Dominum ; & iussit eum inire bellum : quos interfecit. qui reparantes secundò redeũt. [m] Item consuluit Dominum: m cui respondit, ante faciem eius egredi contra Philistijm .

LXII. Ozam percussit Dominus, quia temerè iniecit manum in Arcam Domini : & contristatus est Dauid .

LXIII. Benedixit Dominus Obededõ, qui [n] suscepit Arcam Dei, n tribus mensibus: [o] quod noluit Dauid [p] timeri . o p

LXIV. Dauid reuocat Arcam Dei de domo Obededom in ciuitatem suam , cum gaudio saltans ante eam : & obtulit [q] holocausta Deo . etiam dedit viris, q & mulieribus collyridam panis vnam , & assaturam bubulæ carnis vnam , & similam frixam oleo .

LXV. Michol vxor Dauid primaria filia Saul displicuit, quia saltauit ante Arcam : cui Dauid dignè respondit.

LXVI. Visum est Dauid iniustum, quia ipse habitaret in domo cedrina , & Arca Dei in pellibus ad quid accepit responsum. legis etiam filium habiturum , qui ædificabit domum Domino .

LXVII. Percussit Dauid Moab ; & abstulit frenum tributi de manu Philisthijm : & fecit eum sibi tributarium , & alios Reges ; & spolia eorum tulit nimis .

LXVIII. Thou rex Emath misit Ioram filium suum cum muneribus , vt salutaret eum : etiam in [r] r valle Salinarum cæsis duodecim milibus .

LXIX. Filij Dauid Sacerdotes erant . requirit etiam semen Ionathæ ad retribuendum bona .

LXX. Item requirit Dauid filium Ammon nomine Anon , vt faceret cum eo misericordiam , recolens beneficia patris eius : qui adprehendens pueros Dauid , rasit dimidiam barbam eorum hor-

i. *al. addit* eius. k. *al* &. l. *al.* bellandum. m. *al.* Iterum *eisque exordium alius Capituli.* n. *al.* suscipit. o. *al.* qui. p. *al.* timori. q. *al.* holocaustum, r. *al.* vallem.

hortantes principes ipsius. exinde oritur prælium.

LXXI. Incurrit rex in vxorem Vriæ Ethei. quod displicuit Domino: & misit Nathan Prophetam ad Dauid.

LXXII. Increpat Nathan Dauid iussu Domini pro malo facto: & percussit filium eius morte.

LXXIII. Consilium Ioab ducis, dicentis, *Adesto victoriæ belli: ne postmodum adscribatur mihi victoria, sed tibi potiùs.*

f LXXIV. Filius Dauid [f] Amnon sororem suam nomine Thamar illicitè diligebat, ita vt ægrotaret.

LXXV. Occidit Absalom Amnon propter stuprum sororis suæ: & fugit ad Tholomai regẽ Gessur.

LXXVI. Ioab per mulierem sapientem figuris fecit adire regem Dauid, vt indulgeret malum Absalon filij sui: qui ductus est pietate; & iussit Ioab reducere Absalon de Gessur ita vt non videret eum Dauid.

LXXVII. Reconciliauit osculans Dauid Absalõ filium suum, sed intercedente Ioab cum arte mira.

LXXVIII. Iterum offendit Absalon Dauid, sollicitans viros Israel, vt regem eum constituerent in Hebron.

LXXIX. Petit fugam rex Dauid propter temeritatem filij sui Absalon: & Arcam Dei quæ portata fuerat, iussit reuocari in domo Domini.

LXXX. Semei filius Gera de cognatione domus Saul resultans lapidabat Dauid, exprobrans ei: & quam patienter sustinuit.

LXXXI. Consilium petit Absalon Achitophel; qui dedit ei incertum.

LXXXII. Petit Achitophel Absalon xii. millia virorum, vt egrederetur contra Dauid. item reuocat [t] Chusai consilium Achitophel, dans meliorem, vt induceret Dñs Absalon malum. t

[u] Videns Achitophel, non præualuisse consilium suũ, suspendio interijt propria voluntate; licet posterior, tamen sicut Iuda traditor. u

LXXXIII. Diuidente Dauid exercitum [x] tribus ducibus, ipsum [y] prohibent populi exire pariter, dantes consilium competentem salubriorem: tamen egredientes duces pietas patris demandat. *Seruate mihi puerum Absalon.* x y

LXXXIV. Interitus Absalon filij Dauid.

LXXXV. Luxit Dauid Absalon filium suum nimis.

LXXXVI. Ioab dux adgreditur regem Dauid; quia lugens humiliauit omnem exercitum, nec reuerti volebat in ciuitatem.

LXXXVII. Absque voto omnis [z] populi Israel, non audebat reuerti Dauid in Hierusalem post cædem regis vel mortem, quem sibi elegerat Absalon. z

LXXXVIII. Clementiam regis Dauid circa Semei vel ceteros, qui maledixerant regi pergenti à facie Absalon: vel qualiter respondit hortanti se malum.

LXXXIX. Beneficia Berzellai circa regem: qui voluit reddere vicem; sed senectus eius impedijt.

XC. Iurgium inter Tribum Iuda qui consentiebat cum Dauid, & Israel qui consentiebat cum [a] Seba filium Bochri. a

XCI. [b] Seba filius Bochri cogitauit malum contra regem: quem consecutus est Ioab in ciuitatem; & obsedebant: [c] quem subuertere nitebantur, nisi mulier ei per murum postulasset pro cunctis habitantibus: quæ [d] etiam amputari fecit caput Seba, & tradidit [e] Ioab duci; & saluauit ciuitatem. b c d e

XCII. Minatur Deus Dauid, fame [f] interempturos omnes propter Saul: f

---

f. *al.* Ammon. t. *al.* Chusi. u. *in al. est exordium alius Capituli.* x. *al.* in. y. *al.* probibente populo. z. *al.* populus. a. *al.* Siba. b. *al.* Siba. c. *leg.* quam. d. *al.* &. e. *al.* eam. f. *al.* &.

g Saul: qui consuluit Dominum; & dedit remedium: & placatus est, recollectis ossis Saul & Ionatha, & [g] sepelitis in sepulchro Cis patris sui.

XCIII. Bella quattuor: ibi reperti sunt statu proceri. in quibus vnus eorum senos digitos habuit in manibus siue in pedibus, id est, viginti quattuor digitos.

XCIV. Canticum David, quem cantauit Domino in die qua liberauit eum de manu omnium inimicorũ eius, & de manu Saul.

XCV. Alloquitur David ad populum.

XCVI. Sitiens in spelunca positus David, desiderauit aquam de cisterna quæ est in Bethleem iuxta portam: delatam noluit bibere propter temeritatem portitorum, dicens. *Propitius sit mihi Dominus, ne bibã sanguinem hominum*: sed libauit eam Domino.

XCVII. Abissai frater Ioab, qui eleuauit hastam contra trecentos viros quos interfecit: & ceteri viri fortes: in quibus vnus leones absque ferro occidit; & Aegyptium fortem de hasta sua sibi punijt.

h XCVIII. [h] Indignatur Deus contra Israel; i aut iuberet denumerari Israel & Iuda. & post denumera-
i tionem [i] iubetur David eligere sibi tres dies delationem plagarum pestis, famis, & gladij: tamen euenit in populum tribus diebus. sed Angelus qui missus est ad percutiendum, iubetur à Domino quiescere testimonium non offerendum holocausta gratuita nisi de proprio labore.

k

Expliciunt Capitula Regum Libri Primi & Secundi.

(*) *Incipiunt Capitula Regum libri III. & IV.* (**)

Cap. I. SEnectus David, & Adonia filius eius nitebatur arripere regnum contra Salomonem: sed David hoc repperiens, iubet vngui Salomonem regem.

II. [a] In mandatis dat David Salomoni quæ custodiat: moriẽs tamen demandat, aduersarijs suis restitui eis mala à filio suo Salomone. regnauit xl. annis. a

III. [b] Allegat Adonias apud matrem regis Salomonis, petens Abisag Sunamiten in coniugium: vnde iratus Salomon, iussit occidi fratrem suum Adoniam. etiam Abiathar Sacerdotem priuauit honore, parcens sanguini eius. b

IV. Iubente Salomone interficitur Ioab ad cornu altaris propter reatum occisorum, quos ense suo iugulauit.

V. Semei occiditur iussu regis: quia non seruauit [c] concessam sibi semel veniam, ita ne discederet de Hierusalem; sed contempsit. c

VI. Adfinitate coniunctus est Pharaoni regi Salomon, accipiens filiam eius vxorem.

VII. In Gabaon apparuit Dominus Salomoni per visionem, dicens. [d] *Postula quod vis vt dem tibi.* & petijt cor docile. d

VIII. Iudicium Salomonis de mulieribus, quæ [e] infantem detulerunt disceptantes. e

IX. Ait Salomon. *Quia non est satan neque occursus malus; idcircò cogito ædificare Templum nomini Domini Dei Israel.*

Al. Vbi Salomon cogitauit ædificare Templum nomini Domini Dei Israel.

Men-

[*Codd. Vatic. 4221. Oratorij B. vj. & S. Pauli.*]

Incipit Præfatio Sancti Hieronymi Presbyteri in Lib. Tobiæ.

Chromatio & Heliodoro Epiſcopis Hieronymus Presbyter in Domino ſalutem.

Mirari non deſino exactionis veſtræ inſtantiam *&c. vſque.* Cùm gratum vobis didicero, me quod iubere eſtis dignati, compleſſe.

Explicit Præfatio in Libro Tobiæ.

[*Cod. Orat. B. vij.*]

Incipiunt Capitula Libri Tobiæ.

I. Quòd Tobias in captiuitate non ſit pollutus in idolis, nec in cibis gentium.

II. Vbi commendat Tobias Gabelo pecunias. & eùm eleemoſynas faceret, & occiſorum corpora ſepeliret; nudus effugerit à facie Regis.

III. Vbi poſt mortem Regis reuerſus eſt ad domum ſuam: & iterum occiſos ſepelit.

IV. Vbi in tentationem excæcatur. & de hœdo, qui poſt textrina eſt datus.

V. De oratione Tobiæ & Sarræ filiæ Raguelis.

VI. Vbi Tobias monet filium ſuum Legem Domini cuſtodire. & de cyrografo Gabeli.

VII. Vbi Angelus Raphahel miſſus à Domino [a] curatoſque.

VIII. De piſce ſalutis Sarræ. & illuminatio Tobiæ.

IX. De coniungio Sarræ & Tobis.

X. Vbi Angelus Raphahel profectus in Rages ciuitatẽ, pecuniam recepit: ſimul & Gabelum ad nuptias inuitauit.

XI. De fletu Tobiæ & vxoris eius, eo quòd moreretur filius eorum.

XII. De illuminatione Tobiæ. & de aduentu Sarræ.

XIII. Vbi hortantur Angelum, mercedem accipere: qui patefecit ei mirabilia Dei; nec vltra eum videre potuerunt.

XIV. Oratio Tobiæ poſt diſceſſum Angeli.

XV. De numero annorum Tobiæ: qui die mortis ſuæ alloquitur filium & nepotes ſuos, vt Dominum timeant, & mandata eius cuſtodiant.

XVI. Vbi Tobis poſt mortem patris & matris reuerſus eſt ad ſoceros: & in manu eius mortui ab eo in pace ſepulti ſunt.

Expliciunt Capitula.

M *Cod.*

a curat eos.

[*Cod. Orat. B. vj.*]

Incipit Liber Tobiæ secundùm Hieronymum.

[*Cod. Orat. B. vij.*]

I. c. 1. ℣. 1.
TObias ex Tribu & ciuitate Neptalim, quæ est in superioribus Galilææ.
II. c. 1. ℣. 13.
Et quoniam memor fuit Dñi in toto corde suo, dedit illi Dominus gratiam.
III. c. 1 ℣. 24.
Post dies verò quadraginta & quinque occiderunt Regem filij ipsius.
IV. c. 2 ℣. 10.
Contigit autem vt quadam die fatigatus à sepultura, veniens domum iactasset se.
V. c. 3 ℣. 1.
Tunc Tobias ingemuit;& cœpit orare cũ lachrymis, dicens. Iustus es Domine.
VI. c. 4. ℣. 1.
Igitur cùm Tobias putaret orationem suã exaudiri vt mori potuisset;vocauit ad se.
VII. c. 5. ℣. 5.
Tunc Tobias egressus, inuenit iuuenem splendidum, stantem præcinctum.
VIII. c. 6. ℣. 1.
Profectusq;est Tobias;& canis secutus est eũ: & mãsit prima mãsione iuxta fluuiũ Tig.
IX. c. 6. ℣. 10.
Et dixit ei, Vbi vis vt maneamus? Respõditq; Angelus, ait. Hic est Raguhel nomine.
X. c. 9. ℣. 1.
Tunc vocauit ad se Tobias Angelũ(quem quidem hominem æstimabat) & dixit ei.
XI. c. 10. ℣. 1.
Cùm verò moras faceret Tobias causa nuptiarum, sollicitus erat pater eius Tobias.
XII. c. 11. ℣. 1.
Cumque reuerterentur, peruenerunt ad Charram, quæ est in medio itinere.
XIII. c. 12. ℣. 1.
Tunc vocauit Tobias filium suũ; & dixit ei. Quid possumus dare isti viro sancto?
XIV. c. 13. ℣. 1.
Aperiens autem Tobias senior os suum, benedixit Deum, & dixit. Magnus es Dñe.
XV. c. 14. ℣. 1.
Et cõsũmati sunt sermones Tobiæ.& postquàm illuminatus est, vixit annis xlij.
XVI. c. 14. ℣. 14.
Factũ est autem post obitum matris suæ, Tobias abscessit ex Niniue cum vxore sua.

[*Cod. Orat. B. vj.*]

Explicit Liber Tobiæ.

V. DCCCC.

[*hoc est, Vers. 900.*]

[*Codd. Vatic.* 4221. *Orat. B. vj. & S. Pauli.*]

Incipit Præfatio Sancti Hieronymi Presbyteri in Libro Iudith.

APud Hebræos Liber Iudith inter Agiographa legitur *&c. vsque.* Vt inuictum omnibus hominibus vinceret, insuperabilem superaret.

Explicit Prologus Iudith.

[*Cod. Orat. B. vij.*]

Incipiunt Capitula Libri Iudith.

I. DE regno Arphaxath. & de magnitudine ciuitatis eius.
II. De regno Nabuchodonosor.
III. Vbi voluit Nabuchodonosor subiugare sibi omnem terram per Holophernem ducem suum.
IV. Vbi Nabuchodonosor obtinuit Damascum & omnem orbem terrarum: & voluit se ab hominibus nuncupari.
V. Vbi se præparant filij Israel cõtra Holophernem ad pugnam, ieiunijs & orationibus instructi cum Sacerdotibus.
VI. Vbi cognoscit Holofernis famã populi Israel & mirabilia Dei per Achior.
VII. Vbi iratus Holofernis tradidit Achior populo Israel.
VIII. Vbi Achior narrat filijs Israel consilia Holofernis.

De ob-

Expliciunt Capitula.

Incipit Liber.

I. c. 1. ℣. 1.

ARphaxath itaque Rex Medorum subiugauerat multas gentes imperio suo.

II. c. 1. ℣. 5.

Anno igitur duodecimo regni sui Nabuchodonosor rex Assyriorum.

III. c. 2. ℣. 1.

Anno tertio decimo Nabuchodonosor regis, vigesima & secunda die mensis primi.

IV. c. 2. ℣. 17.

Et post hæc descendit in campos Damasci in diebus messis; & succendit omnia sata.

V. c. 4. ℣. 1.

Tunc audientes hæc filij Israel qui habitabant in terra Iudæ, timuerunt valdè.

VI. c. 5. ℣. 5.

Tunc Achior dux filiorū omnium Ammon respondens, ait: Si dignaris audire dñe mi.

VII. c. 5. ℣. 26.

Et factū est, cū cessasset loqui Achior verba hæc; irati sunt omnes magnates Holofernis.

VIII. c. 6. ℣. 11.

In diebus illis erāt illic principes, Ozias filius Micha de Tribu Symeon, & Charmi.

IX. c. 7. ℣. 1.

Holofernis autem altera die præcepit exercitibus suis, vt ascēderent cōtra Bethuliā.

X. c. 7. ℣. 12.

Tunc ad Oziam congregati omnes viri, & fœminæ, iuuenes, senes, & paruuli.

XI. c. 8. ℣. 1.

Et factū est, cùm audisset hæc Iudith vidua, quæ erat filia Merari, filij Idex.

XII. c. 9. ℣. 1.

Quibus ascedentibus, Iudith ingressa est oratorium suum: & induens se cilicio.

XIII. c. 10. ℣. 1.

Factum est autem, cùm cessasset clamare ad Dñm; surrexit de loco, in quo iacuerat.

XIV. c. 11. ℣. 4.

Et dixit illi Iudith. Sume verba ancillæ tuæ: quoniam si secutus fueris verba ancillæ.

XV. c. 12. ℣. 10.

Et factū est, quarto die Holofernis fecit cœnā seruis suis; & dixit ad Vagao eunuchū.

XVI. c. 13. ℣. 3.

Dixitque Iudith puellæ suæ, vt staret foras ante cubiculum, & obseruaret.

XVII. c. 13. ℣. 13.

Et dixit Iudith à longè custodibus murorū Aperite portas: quoniam nobiscū est Deus.

XVIII. c. 14. ℣. 1.

Dixit autē Iudith ad omnē populū. Audite me fratres: suspēdite caput hoc super muros.

XIX. c. 14. ℣. 6.

Tunc Achior videns virtutem quam fecit Deus in Israel, relicto Gentilitatis ritu.

XX. c. 14. ℣. 7.

Mox autem vt ortus est dies, suspenderunt super muros caput Holofernis.

XXI. c. 15. ℣. 9.

Ioachim autē sūmus Pōtifex, de Ierusalē venit in Bethuliā cū vniuersis Presbyteris.

Tunc cantauit canticum hoc Domino Iudith, dicens.

XXII. c. 16. ℣ 2.

Incipite Domino in tympanis; cantate Deo in cymbalis.

XXIII. c. 16. ℣. 22.

Et factũ est post hæc, omnis populus post victoriam venit Ierusalem adorare Dñm.

[Codd. Orat. B. vj. & S. Pauli]

Explicit Liber Iudith.

V. I. C.

[hoc est, Vers. 1100.]

[Cod. Oratorij B. vij.]

Incipit Translatio Libri Hester iuxta Septuaginta Interpretes.

ANno secundo regnante Artaxerse Rege magno, prima [a] mense qui est Xandici, visum vidit Mardocheus, qui fuit Iarim, qui Semei, qui Chisseus, ex Tribu Beniamin, homo magnus, curans in aula Regis; & erat ex captiuitate quam adduxit Nabugodonosor Rex cum Ihechonia Rege Iudææ: & hoc erat ipsius visum. Ecce voces & tumultus & tonitrua & terræmotus & conturbatio magna super terram. & ecce duo dracones magni parati prodierunt vtrique luctari: & facta est illorum magna pugna; & dominabantur. & populus adunabatur die tenebroso & malo: & strepitus magnus in his qui sunt super terram: & timuerunt perditionem; & clamauerunt ad Dominum. & à voce clamoris eorum factus est fonitus, & fons vnius: & ex fonte illo exijt flumen magnum, aqua multa; & lux solis eluxit: & humiles exaltati sunt; & comedetunt gloriosos, & surrexit Mardocheus viso somnio, & dixit. Quid Deus cogitat facere? & erat visum occultum in sensu eius, donec reuelaretur. Et factum est in diebus Artaxersis Regis; ipse est regnans Rex in Asia vsque Aethiopiam, centum viginti septem regionibus; in illis diebus quando sedit Rex Artarserses in tribunali regni sui, quod erat in Susis Tebari; in anno duodecimo regni sui fecit potum his, qui erant inuenti in Susis Tebari in Aula. Erât enim strata stragula Regis dispha & carposina & facchinna, organa extenta funibus carpasinis & purpureis subrotatis, columpnæ variæ viperinæ, lecti aurei & argentei, super lapidem marmorati, strati, & pictura varia, & vinum multum & suaue, de quo ipse Rex bibebat. Et præcepit actoribus domus, nemini vim fieri; sed facere secundùm voluntatem recumbentium ad iocunditatem, vt biberent secundùm legem. Et Vastis Regina fecit potum magnum mulieribus in regno Artarxersis. Die autem septimo iocundus factus est Artaserfis Rex; & iussit Maosinan, Arbona, Abathan, Azatai, Cedes, Tharas, & Tharecta. septem spadonibus, qui ministrabant in conspectu eius, vt inducerent ad se Reginam. vt regnaret & ipsam; & imponeret illi diadema; & demonstraret eam omnibus principibus & gentibus, vt videretur species eius; quoniam formosa erat. & non obediuit Regina venire cum eis. Et contristatus est Rex, & iratus est valde: & dixit amicis suis secundùm hæc quæ locuta est Vastis. dixit autem omnibus principibus legem & iudicium: & accesserunt ad eũ Mardocheus Soratheas, Pabathaleus, Malesar, & Mucheas princeps Persarum & Medorum, qui proximi erant Regi adsedêtes ei. Et responderũt secundùm legẽ quemadmodũ oporteret fieri Reginæ; quoniam non [b] obediunt his, quæ à Rege dicta erant per spadones. Et dixit Micheus ad Regem & ad Principes. Non solùm Regi nocuit Vastis Regina, sed etiam principes regis, & gentes regni Artarsersis. Audita est autem contumelia Regis ab omnibus mulieribus, quæ contempnerent viros suos. Ecce enim Regina neglexit, & contempsit: quomodo non & per me mulieres Persarum & Medorum negligent, & contumeliam facient viris suis? aut quomodo non infamiam tradentur aduersùs Regem his qui extra regnum sunt? Si ergo placet tibi, maxime Rex, & optimum est sensui tuo; iubeat Rex & scribat secundùm legem Persarum & Medorum, de malitia Vastis Reginæ; quomodo abusa est: & quoniam non introijt ad Regem Artarsersen: & regnum eius tradat Rex mulieri meliori, quàm illa est. Et cùm auditũ fuerit verbũ Regis, quod fecit in regno suo, quoniã verũ est; omnes mulieres ponent honorẽ viris suis à pauperibus vsq; hone-

---

a. die mensis, b. obediuit.

honestas. Et placuit verbum Regi & principibus: & fecit Rex secundùm ea quæ locutus est Micheus. Et misit Rex litteras in omne Regnum suum per singulas quasque regiones secũdùm interpretationes eorum, vt esset vnusquisque princeps in domo sua. & fuit timor magnus in omni muliere. Et post verba sua requieuit Rex ab ira sua: & commemoratus est quæ fecit Vastis; & quemadmodum respondit. & vt requieuit Rex ab ira; dixerunt illi amici eius. Quærantur virgines elegantes specie. Et statuit Rex speculatores in omni regione regni; & eligantur virgines; & adducantur in Susis Tebari in conuentu mulierum; & dentur ei nitores: & quæ placuerit Regi, regnet pro Vasti. Et placuit Regi verbum: & fecit sic. Et erat homo Iudæus in Susis Tebari,& nomen ei Mardocheus, qui Chis ex Tribu Beniamin, ex captiuitate Ierusalem, quam cœperat Nabugodonosor Rex Babyloniæ: & erat illi filia fratris patris sui: & nutrierat eam Mardocheus sibi in filiam; quoniam erat orphana. Erat autem hæc puella speciosa effigie: & quoniam obierunt pater eius & mater, nutriuit eam Mardocheus sibi in filiam: & nomen eius Hester. & quando audita sunt verba Regis, annuntiatæ sunt virgines multæ, quæ in Susis erãt ciuitate sub manibus Oggei. & apprehensa est Hester ab Oggeo custode mulierum: & inuenit Hester gratiam ante eum. & festinauit ad omnes nitores eius; & septem puellæ cõstitutæ de domo eius ætatis ipsius in conspectu mulierum. & non ostendit Hester genus suum, nec patriam: quoniam Mardocheus præreperat ne renuntiaret. & cotidianis diebus Mardocheus circuibat in atrium muliebre, speculans Hester quid eueniret ei, & quando esset tempus vt introiret ad Regem. Quando autem adimpletum est tempus puellæ menses duodecim: sic enim replebantur dies curationis; menses sex in aromatis & nitoribus mulierum; & menses sex in oleo ex myrneo: & tunc introibat ad Regem. & cùm introiret de atrio muliebri in domum Regis ac die vna, recurrebat in atrium muliebre secundo die: non enim habebat spado potestatem in atrio ducendi, si non vocaretur secundùm nomen. Cùm autem expleretur esset tempus introeundi Hester filia Abihel fratris patris Mardochei, qui nutrierat eam sibi in filiam; factum est vt introitet ad Regem: & Nichens postulauit ab eo, ex quibus dicebat ei spado. erat autem Hester inueniens gratiam ab omnibus, qui intuebantur eam. & introducta est Hester ad Regem duodecimo mense qui est Adar, mense septimo regni eius. & amauit Hester Rex: & inuenit gratiam in conspectu eius pro omnibus virginibus: & imposuit ei diadema: & Reginam fecit eam pro Vasti. Et fecit Rex conuiuiũ omnibus amicis suis & omni Virtuti suæ ad nuptias Hester: & remissionem fecit omnibus regionibus. Mardocheus autem sedebat in atrio Regis: Hester verò non indicauit genus suum neque patriam secundùm quæ præreperat ei Mardocheus cùm esset cum illo. & iussit illi vt omnia seruaret, ac si esset rum eo. & [c] time Dominum in omni die. In diebus illis Mardocheus sedebat in aula Regis: & post hæc quæsierunt Bastageus & Tedestes, duo spadones Regis, qui seruabant atrium, interficere Regem. & cognitum est negotium Mardocheo: & ostendit Mardocheus Hester: & Hester demonstrauit Regi in nomine Mardochei: & inquisiuit negotium; & inuentum est sic.

[*Codd. Vat. 4221. Orat. B. vj. & S. Pauli.*]

Incipit Præfatio Sancti Hieronymi Presbyteri in Lib. Hester.

Librum Hester varijs translatoribus cõstat esse vitiatum *&c. vsque*. Nos enim iuxta morem Hebræum, ordinem prosequi etiam in LXX. Editione maluimus.

Explicit Præfatio Sancti Hieronymi in Libro Hester.

[*Cod. Orat. B. vij.*]

Incipiunt Capitula Libri Hester.

I. De regno Assueri: & de conuiuio eius.

II. De conuiuio Vasthis reginæ: quòd euocata venire contempserit; & ideò alia ei repleta est.

Vbi

c. timere.

Expliciunt Capitula.

[*Incipit Liber Hesther.*]

I. c. 1. ℣. 1.

IN diebus Assueri regis, qui regnauit ab India vsque Aethiopiam.

II. c. 1. ℣. 9.

Vastis quoq; regina fecit conuiuium fœminarum in palatio.

III. c. 2. ℣. 1.

His itaq; gestis, postquã regis Assueri deferbuerat indignatio, recordatus est Vasti.

IV. c. 2. ℣. 5.

Erat vir Iudæus in Susis ciuitate, nomine Mardochæus, filius Iair, filius Semei.

V. c. 2. ℣. 12.

Cùm autẽ venisset tẽpus singularũ per ordinem puellarum, vt intrarent ad regem.

Euoluto autẽ tẽpore, per ordinẽ instabat dies quo Hester filia Abiahil fratris Mard.

VI. c. 2. ℣. 19.

Cumque & secundò quærerentur virgines & congregarentur, Mardochæus manebat.

VII. c. 3. ℣. 1.

Post hoc autẽ rex Assuerus exaltauit Amã filium Amadathi, qui erat de stirpe Agag.

VIII. c. 4. ℣. 1.

Quæ cùm audisset Mardochæus, scidit vestimenta sua; & indutus est sacco.

IX. c. 4. ℣. 17.

Iuit itaque Mardochæus; & fecit omnia quæ ei Hesther præceperat.

X. c. 5. ℣. 1.

Die autẽ tertio induta est Hesther regalibus vestimẽtis. & stetit in atrio domus regiæ.

XI. c. 5. ℣. 9.

Egressus est itaque illa die Aman lætus & alacer: cùmq; vidisset Mardochæũ sedentẽ.

XII. c. 6. ℣. 1.

Noctem illã rex duxit insomnem: iussitq; sibi afferri historias & ãnales priorũ tẽporũ.

XIII. c. 6. ℣. 14.

Adhuc illis loquentibus, venerũt eunuchi Regis, & citò eũ ad conuiuiũ quod Regina.

XIV. c. 8. ℣. 1.

Die illo dedit rex Assuerus Hesther reginæ domum Aman aduersarij Iudæorum,

Respon-

XV. c.8.℣.7.

Respóditq;rex Assuerus Hesther reginæ & Mardochæo Iudæo. Domũ Aman concessi.

XVI. c.8.℣.15.

Mardochæus autẽ de palatio & de conspectu regis egrediens, fulgebat vestibus reg.

XVII. c.9.℣.5.

Itaque percusserunt Iudæi inimicos suos plaga magna.

XVIII. c.9.℣.17.

Dies autem tertius decimus mensis Adar, vnus apud omnes interfectionis fuit.

Rex verò Assuerus omnem terrã & cunctas maris insulas fecit tributarias.

Quæ habentur in Hebræo plena fide expressi. hæc autem quæ sequuntur, scripta reperi in Editione Vulgata, quæ Græcorum lingua & litteris continentur: & interim post finem libri hoc capitulum ferebatur; quod iuxta consuetudinem nostram obelo, id est, veru prænotauimus.

Dixitq; Mardochæus. A Deo facta sũt ista: recordatus sum somnij quod videram.

XIX. c.11.℣.2.

Anno secundo, regnante Artaxerse maximo, prima die mensis Nisan, vidit sõpnium.

XX. c.13.℣.1.

Rex magnus Artaxerses ab India vsq; Aethiopiam centũ viginti septẽ prouinciarum.

XXI. c.13.℣.8.

Mardochæus autem deprecatus est Dñm, memor õniũ operũ eius, & dixit. Dñe, Dñe.

XXII. c.15.℣.1.

Hæc quoque addita reperi in Editione Vulgata.

Et mandauit ei (haut dubiũ quin Hesther Mardochæus) vt ingrederetur ad Regem.

XXIII. c.16.℣.1.

Exemplar Epistolæ regis Artaxerxis, quã pro Iudæis ad totas regni sui prouincias misit: quod & ipsum in Hebraico volumine non habetur.

Rex magnus Artaxerxis ab India vsque Aethiopiam.

[*Cod. Orat. B. vj.*]

Explicit Liber Hesther.

V. N. DCC.

[*hoc est, Vers. num. 700.*]

[*Cod. Vat. 4221.*]

Incipit Præfatio Sancti Hieronymi Presbyteri in Lib. Iob.

COgor per singulos Scripturæ diuinæ libros, aduersariorum respondere maledictis &c.

Incipit Prologus Sancti Hieronymi Presbyteri in Lib. Iob.

SI aut fiscellam vinco texerẽ, aut palmarum folia complicarem; vt in sudore vultus mei comederem panem &c.

Incipiunt Capitula in Lib. Iob.

cxita

ecita. & quia Deus non proijciat simplicem.

VIII. Verba Iob, quòd non iustificetur homo coram Deo. & de omnipotentia eius. & de sideribus. & quòd ei nemo resistat. & quòd nō possit iustificari coram Deo; nec audiri cum eo. & quòd postulat à Deo vt auertat à se iram, commemorās quomodo ab eo creauisset. & quare non sit in ventre mortuus?

IX. Responsio Sophar, quòd minora patiatur Iob, quàm dignum sit. & quòd inscrutabilis sit potentiā & immensitas Dei; cùm nemo resistat. & emundatus ab iniquitate homo protegatur à Deo.

X. Verba Iob, quòd omnia Deus fecerit; & in manu eius sit omnis viuēs. & quòd auris verba dijudicet, & fauces saporē. & quòd in antiquis sit sapientia. & quòd sapientia apud Dominum sit; qui omnia commutat atque conuertit. & arguit Iob amicos suos, reos esse mendacij. & ad Deum loquitur, cur ab eo tam grauiter iudicetur. & quòd homo natus de muliere, non sit mundus à sorde. & quòd ligno spes reuirescendi sit. & de resurrectione.

XI. Responsio Elifaz, quòd blasphemauerit. & quòd nemo immunis, nec cæli sunt mundi. & de impio, qui superbit contra Dominum. & de hypocrita, & qui munera accipiunt.

XII. Verba Iob, quòd amici eius, consolatores onerosi sint, loquentes verba ventosa. & quòd dolore oppressus sit; & deiectus à Deo. & quòd petit ne operiat terra sanguinem suum. & quòd positus sit in prouerbiū vulgi. & putredinem, dixerit patrem suum.

XIII. Responsio Baldad, cur tantum loquatur Iob? & de impio à Deo subuerso.

XIV. Responsio Iob de afflictionibus sibi à Domino illatis, & de omnium in se despectu. & postulat vt verba eius scribantur in libro stylo ferreo. & de resurrectione & iudicio.

XV. Responsio Sophar de impio, & hypocritæ subitaneo interitu. & de perditione perpetua.

XVI. Verba Iob, quærentis quare via impij in omnibus prosperetur? & de repentino eius interitu. & quòd ipse nouerit cogitationes arguentium se.

XVII. Exprobratio Elifaz, in qua durissimè tanquam iniquum arguit Iob: & quòd si conuertitur ad Dominum, saluetur.

XVIII. Verba Iob, quibus iudicem postulat Deum: seque dicit præcepta Domini custodisse. & quia Deus quod voluerit, facit: & ipse nouerat tempora. & de impietate rapinisq; malorum, & maledictione quæ est debita illis.

XIX. Responsio Baldad de potestate diuina, siue terrore. quòd numerus non sit militum eius. & quòd coram eo nec sidera sint munda, nec homines. & è contra increpatio Iob ad eum, cur de Dei audiat potentia disputare? cuius oculis nudus est infernus: & qui appendit terram super nihil. & cetera quæ à se facta, nutu illius pauida contremescunt.

XX. Item verba Iob, Dei spiritum in se esse testantis. & quòd sine mendacio ipse amicos suos iniustos esse pronuntiet. & de hypocrita & impio & violento, quæ sit eorum hæreditas. & de conflatione metallorum. & quòd finem omnium Deus consideret. & de sapientia, quàm sit pretiosa: de qua abyssus dicit. *Non est in me*. & quod ipsa sit timor Domini.

XXI. Item verba Iob felicitatem sibi pristinā exoptantis. vbi quàm potens

potens fuerit; & quòd operatus sit bona; & quibus postmodum in despectum venerit narrat: & quibus cruciatibus sit afflictus, enumerat: & qualis illi fuerit vita prior, enunciat.

XXII. De iracundia Heliu: & de increpatione eius, quia iniustum esse pronunciat Iob.

XXIII. Item verba Heliu, quòd Deus iustus sit; & non condemnet illum iniustè.

XXIV. Item increpatio Heliu ad Iob, cur se dixerit iustum? & quòd nec prodesse Deo valeat, nec obesse, qui sit per omnia iustus.

XXV. Item verba Heliu de magnitudine & omnipotentia Dei. & de elementis,[a] quo dispensate regnantur.

XXVI. Verba Domini ad Iob: vbi interrogat eum, quis creauerit omnia? aut si nouerit originem principiumq; cunctorum? & de ortu natiuitatis suæ, & de stellarum cursu, ac de bestiarum atque alitum ritu sciat. itemque Dominus Iob prouocat vt loquatur: & Iob pœnitet se esse locutum.

XXVII. Item Dominus increpat Iob, si ipse possit condemnare Deum; aut si possit humiliare superbos. & de diabolo: & quæ eius sit fortitudo.

XXVIII. Respõsio Iob ad Dominum simplex & humilis. & Domini increpatio ad amicos eius, iustum Iob esse pronunciantis. & quomodo per eum peccata eorum, Domino iubente purgantur: & eidem duplicia bona restituuntur.

[*Codd. Vatic.* 4221. *& Orat. B. vj.*]

Incipit Argumentum in Lib. Iob.

[*ex Epistola* 103. *S. Hieronymi ad Paulinum.*]

IOb exemplar patientiæ, quæ mysteria suo sermone non complectitur? prosa incipit; versu labitur; pedestri sermone finitur: omnesque leges Dialecticæ, Propositione, Adsumtione, Confirmatione, Conclusione determinat. Singula in eo verba plena sunt sensibus: & vt de ceteris sileam; resurrectionem corporum sic prophetat; vt nullus de ea vel manifestiùs vel cautius scripserit. *Scio*, inquit, *quòd Redemptor meus viuat; & in nouissimo die de terra surrecturus sim. &, rursùm circumdabor pelle mea; & in carne mea videbo Deum: quem visurus sum ego ipse; & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. reposita est hæc spes mea in sinu meo.*

Explicit Argumentum.

[*Cod. Vatic.* 4221.]

Incipit Liber Iob.

I. c.1. ℣.1.
VIr erat in terra Hus nomine Iob: & erat vir ille simplex & rectus.

II. c.1. ℣.13.
Cùm autem quadam die filij & filiæ eius comederent, & biberent vinum.
Adhuc loquebatur ille; & ecce alius intrauit, & dixit. Filijs tuis & filiabus vescentibus.

III. c.2. ℣.1.
Factum est autem, cùm quadam die venissent filij Dei; & starent coram Domino.

IV. c.3. ℣.1.
Post hæc autẽ aperuit Iob os suum; & maledixit diei suo; & locutus est. Pereat dies.

V. c.4. ℣.1.
Respõdens autẽ Eliphaz Themanites dixit. Si cœperimus loqui tibi; forsitã molestè.

VI. c.6. ℣.1.
Respondens autẽ Iob, dixit. Vtinã appenderetur peccata mea, in quibus iram merui!

VII. c.8. ℣.1.
Respõdens autẽ Baldad Suites, dixit. Vsquequò loqueris? & spiritus multiplex serm.

VIII. c.9. ℣.1.
Et respondens autem Iob, ait. Verè scio, quòd ita sit; & quòd non iustificetur homo.

IX. c.11. ℣.1.
Respõdens autẽ Sophar Naamathites, dixit. Nũquid qui multa loquitur, nõne audiet?

 Respon-

a. *for.* quæ eo dispensante reguntur.

X. c.12. ℣.1.
Respondens autē Iob, dixit. Ergo vos soli estis homines? & vobiscum orietur sapiētia?
XI c.15. ℣.1.
Respondens autē Eliphaz Themanites, dixit. Numquid sapiens respondebit?
XII. c.16. ℣.1.
Respondens autē Iob, dixit. Audiui frequēter talia; consolatores onerosi ōnes vos.
XIII. c.18. ℣.1.
Respondens autem Baldad Suites, dixit. Vsque ad quem finem verba iactabis?
XIV. c.19. ℣.1.
Respondens autem Iob, dixit. Vsquequò affligitis animā meā? & atteritis me sermon?
Pelli meæ (cōsūptis carnibus) adhæsit os meum, & derelicta sunt tantummodò labia.
XV. c.20. ℣. 1.
Respondens autem Sophar Naamathites, dixit. Idcircò cogitationes meæ variæ.
XVI. c 21. ℣. 1.
Respondens autem Iob, dixit. Audite, quæso, sermones meos; & agite pœnitentiā.
XVII. c.22. ℣.1.
Respōdens autem Eliphaz Themanites, dixit. Nūquid Dño cōparari potest homo.
XVIII. c.23. ℣.1.
Respondens autem Iob, ait. Nunc quoque in amaritudine est sermo meus.
XIX. c.25. ℣.1.
Respondens autē Baldad Suites, dixit. Potestas & terror apud eum est, qui facit cōcor.
XX. c.26. ℣.1.
Respondens autem Iob, dixit. Cuius adiutor es? nunquid imbecillis?
Addidit quoq; Iob adsumens parabolam suam, & dixit. Viuit Dñs, qui abstulit iudiciū.
XXI. c.29. ℣.1
Addidit quoq; Iob adsumēs parabolā suā, & dixit. Quis mihi tribuat vt sim iuxta menses?
Finita sunt verba Iob.
Omiserūt autē & tres viri respōdere Iob.
XXI. 32. ℣. 6.
Respondensque Heliu filius Barachel Bugites, dixit. Iunior sum tempore.
XXIII. c 34. ℣.1.
Pronuntians itaque Heliu, etiam hæc locutus est. Audite sapientes verba mea.
XXIV. c.35. ℣.1.
Igitur Heliu hæc rursùs locutus est. Nunquid æqua tibi videtur tua cogitatio?
XXV. c.36. ℣.1.
Addens quoque Heliu, hæc locutus est. sustine me paululum: & indicabo tibi.
XVI. c.38. ℣.1.
Respondens autem Dominus Iob de turbine, dixit. Quis est iste inuoluens sententiā?
Respondens autē Iob Dño, dixit. Qui leuiter locutus sum, respondere quid possum?
XXVII. c.40. ℣ 1.
Respondens autem Dñs Iob de turbine, ait. Accinge sicut vir lumbos tuos.
XXVIII. c.42. ℣.1.
Respōdens autē Iob Dño, dixit. Scio, quia omnia potes; & nulla te latet cogitatio.
Postquam autem locutus est Dñs verba hæc ad Iob, dixit ad Eliphaz Themaniten. Iratus est furor meus in te.

Explicatio Lib. Iob.

[*Cod. Orat. B. vij. & S. Pauli.*]

Liber Iob.

* IN terra quidē habitasse Iob Auxitiden in finibus Idumeæ & Arabiæ [fertur] & erat ei antea nomen Iobab: & accepit vxorem Arabissam; [&] genuit filium, cui nomen erat Enon. Erat autem filius ipse quidem Zare, de Esau filij filius, de matre verò Borra: ità vt sit quintus ab Abraham. Et hij sunt Reges, qui regnauerunt in Edom, in qua & ipse regnauit regione: primus, Bala filius Behor; & nomen ciuitatis eius de Nahaba. post autem Balac, Iobab, qui vocatur Iob. post hunc Chusam, qui erat Dux ex Themanorum regione. post hunc Ada filius Bead, qui occidit Madian in campo Moab; & nomen ciuitatis eius Cheitheauit. *

Incipit Prologus Beati Ieronymi Presbyteri in Libro Iob.

COgor per singulos diuinæ Scripturæ libros aduersariorum respondere maledictis *&c. vsque*. Eligat vnusquisque quod vult; & studiosum se magis, quam maliuolum probet.

Explicit Prologus.

[*Cod. Orat. B. vij.*]

Inci-

* *Varias lectiones huius Præfationis vide apud Glossam ordinariam.*

Incipiunt Capitula.

Expliciunt Capitula.

Incipit Liber.

I c. 1. ℣. 1.

Vir erat in terra Hus nomine Iob: & erat vir ille simplex ac rectus.
Quadam autem die cùm venissent filij Dei vt assisterent coram Dño.

II. c. 2. ℣. 1.

Factum est autem, cùm quadam die venissent filij Dei vt starent coram Domino.

III. c. 6. ℣. 1.

Igitur audientes tres amici Iob omne malum quod aduenisset ei; venerunt singuli.

IV. c. 3. ℣. 1.

Post hæc aperuit Iob os suum; & maledixit diei suo: & locutus est. Pereat dies.

V. c. 4. ℣. 1.

Respondens autem Eliphaz Themanites, dixit. Si cœperimus loqui tibi, forsitan.

VI. c. 2. ℣. 19.

Respondens autem Iob dixit. Vtinam appenderetur peccata mea, quibus iram merui?
Militia est vita hominis super terram; & sicut mercenarij, dies eius
Parce mihi Domine; nihil enim sunt dies mei., quid est homo, quia magnificas eum?

VII. c. 8. ℣. 1.

Respondens autem Baldat Suites, dixit. Vsquequò loqueris talia? & spiritus multiplex

VIII. c. 9. ℣. 1.

Respondens autem Iob, ait. Verè enim scio quod ita sit; & quod non iustificetur homo.

IX. c. 10. ℣. 1.

Respondens autem Sophar Naamathites, dixit. Numquid qui multum loquitur.

X. c. 12 ℣. 1

Respondens autem Iob, dixit. Ergo vos estis soli homines? & vobiscum oritur sap?

XI. c. 15. ℣. 1?

Respondens autem Eliphaz Themanites. dixit. Numquid sapiens respondebit, quasi in ventum loquens?

XII. c. 16. ℣. 1.

Respondens autem Iob, dixit. Audiui frequenter talia: consolatores onerosi, omnes vos estis.

XIII. c. 18. ℣. 1.

Respondens autem Baldat Suites, dixit. Vsque ad quem finem verba iactabis?

XIV. c. 19. ℣. 1.

Respondens autem Iob dixit. Vsquequò affligitis animam meã? & atteritis me serm?

· *Resp autem Sofar Naamathites, dixit.* Idcircò cogitationes meæ variæ succedūt sibi.

Respondens autem Iob, dixit. Audite, quæso, sermones meos; & agite pœnitentiam.

Respondens autem Eliphaz Themanites, dixit. Numquid Deo potest cōparari homo?

Respondens autem Iob, dixit. Nunc quoque in amaritudine est sermo meus.

XV. c.25.℣.1.

Respondens autem Baldat Suites, dixit. Potestas & terror apud eum est.

XVI. c.26.℣.1.

Respondens autem Iob, dixit. Cuius adiutor es? numquid imbecilli?

XVII. c.27.℣.1.

Addidit quoque Iob, adsumens parabolam suam, & dixit. Viuit Dñs, qui abstulit.

XVIII. c.29.℣.1.

Addidit quoque Iob; assumens parabolam suam, & dixit. Quis mihi tribuat vt sim iuxta menses pristinos?

Finita sunt verba Iob.

Dimiserunt autem tres viri isti respondere Iob; eo quòd sibi iustus videretur.

XIX. c.32.℣.6.

Respondensq; Heliud filius Barabiel, Buzites dixit. Iunior sum tempore; vos autem.

XX. c.34.℣.1.

Pronuntians itaque Heliud, etiam hæc locutus est. Audite sapientes verba mea.

XXI. c.35.℣.1.

Igitur Eliud hæc rursū locutus est. Numquid æqua tibi videtur tua cogitatio?

XXII. c.36.℣.1.

Addens quoque Eliud, etiam hæc locutus est. Sustine me paululum; & indicabo tibi. Ausculta hæc Iob: sta, & considera miracula Dei. nūquid scis quando præcepit Deus?

XXIII. c.38.℣.1.

Respondens autem Dñs ad Iob de turbine, dixit. Quis est iste inuoluens sententiam?

XXIV. c.39.℣.31.

Et adiecit Dominus, & locutus est ad Iob. Nūquid qui contendit cum Deo, tam facilè?

XXV. c.39.℣.33.

Respondens autem Iob Domino, dixit. Qui leuiter locutus sum, respōdere quid possum?

XXVI. c.40.℣.1.

Respondens autem Dñs Iob de turbine, dixit. Accinge sicut vir lumbos tuos.

XXVII. c.42.℣.1.

Respondens autē Iob Dño dixit. Scio quia omnia potes; & nulla te latet cogitatio.

XXVIII. c.42.℣.7.

Postquam autem locutus est Dñs verba hæc ad Iob, dixit ad Eliphaz Themaniten. Iratus est furor meus in te.

XXIX. c.42.℣.10.

Dominus quoque conuersus est ad pœnitentiam Iob, cùm oraret pro amicis suis. Dñs autem benedixit nouissimis Iob magis, quā principio eius: & facta sunt ei quattuordecim milia ouiū, & sex milia camelor.

[*Codd. S. Pauli & Orat. B. vj.*]

Explicit Liber Iob feliciter.

Habet Vers. I̅. DCC.

[*hoc est*, 1700.]

[*Codd. Vatic. 4221. S. Mariæ ad Martyres. Orat. B. vj. & B. vij.*]

Incipit Prologus.

Origo Prophetiæ Dauid Regis Psalmorum numero CL.

DAuid filius Iesse, cùm esset in Regno suo, quatuor elegit qui Psalmos facerent, idest, Asaph, Eman, Aethan, & Idithun. Octoginta octo ergo dicebant Psalmos; & ducenti, Subpsalmia: & cytharam percutiebat Abiuth. Cùm Dauid reduxisset Arcam [a] in Hierusalem post annos a
viginti, reuocatam ab Azotis; & mansit in domo Aminadab: hanc imposuit in subiugali nouo; & [b] abduxit in Hierusalem, b
electis viris ex omni genere filiorum Israel septuaginta milia virorum, [*] de *
Tribu autem Leui ducentis octoginta octo viris. Ex quibus quatuor Principes præesse Cantionibus [c] instituit, Asaph, c
Eman, Aethan, & Idithun: vnicuiq; eorum diuidens septuaginta duos viros, [d] subclamantes laudem cantionum Domino [e]. d e
& vnus quidem eorum feriebat cymbalum; alius cytharam; alius tympanum; alius tubā corneā exaltans: in medio autem eorum stabat Dauid [f] tenens & ipse psalterium. f

Arca

a. *al. addit,* Domini. b. *al.* adduxit. * *al.* de Tribu autem Leui, electi sunt ducenti octoginta octo, c. *al.* constituit. d. *al.* acclamantes. e. *al. addit,* Deo nostro. f. *al. addit,* Rex.

Arca autem antecedebat septem choris ; &
g [g] sacrificium vitulus; populus autem vni-
h uersus sequebatur [h] Arcam. Sunt ergo
omnes Psalmi Dauid numero centum quin-
i quaginta: [i] quorum omnium quidem no-
k uem fecit ipse Dauid. [k] viginti duo nō sūt
suprascripti. septuaginta duo in Dauid.
duodecim in Asaph. duodecim in Idithun.
l nouem in filijs Choræ. [l] vnus Moysi, duo
m in Salomonem [m]. duo in Aggæum, & [n]
n in Zachariā. hūt itaq; omnes Psalmi Dauid
o numero CL. [o] Diapsalmæ numero LXXV.
Alleluia XXII. Cantica Gradū numero XV.
p [p] Primus Psalmus nulli assignatus est: quoniam omnium est caput. deinde quis alius intelligitur in primo, nisi primogeni-
q tus [q]? vt meritò Inscriptio non fuerit necessaria. deinde quia ipse Psalmus Christi mentionem facit; & aduersùs Christū eius
r exponendo personam inscribendi causam omninò non habet. [r] Ordinem Hystoriæ immutatum legimus & in Titulis Psalmorum: sed Psalmi non secundùm Historiam,
s sed secundū [s] Prophetiam leguntur: itaq; ordinem Psalmorum turbare non potest ordo Titulorum. Psalmi omnes qui inscribuntur *Ipsi Dauid*, ad Christi pertinent sacramentum, quia ipse Dauid dictus est Christus.

Explicit Prologus.

Incipit Præfatio sancti Hieronymi Presbyteri ad Paulam matronam & Eustochium virginem.

PSalterium Romæ dudum positus emendaram; & iuxta LXX. Interpretes licet cur sim magna illud ex parte correxeram &c. *vsque* non ambigo multos fore qui vel inuidia vel supercilio malint contemnere, videre præclara, quàm discere; & turbolento magis riuo, quàm de purissimo fonte potare.

Explicit Præfatio sancti Hieronymi.

BEatus vir qui non abijt in consilio impiorum &c.

[*Cod. Orat. B. vj.*]

CLI.

Hic Psalmus propriè scriptus Dauid, & extra numerum, cùm pugnauit cum Goliath. Hic Psalmus in Hebræis codicibus non habetur; sed ne à LXX. quidem Interpretibus additus est; & idcircò repudiādus.

PVsillus eram inter fratres meos; & adolescentior in domu patris mei pascebam oues patris mei.

Manus meæ fecerunt organum; & digiti mei aptauerunt psalterium.

Et quis adnuntiauit Domino meo? Ipse, Dominus ipse omnium exaudiuit.

Ipse misit Angelum suum; & tulit me de ouibus patris mei: & vnxit me in misericordia vnctionis suæ.

Fratres mei boni & magni: & non fuit beneplacitum in eis Domino.

Exiui obuiam alienigenæ. & maledixit me in simulacris suis.

Ego autem euaginato ab eo ipsius gladio amputaui caput eius; & abstuli obprobrium à filijs Israel.

Expliciunt Psalmi Dauid.

V. H. I.

[*hoc est, Vers. habent* 5000.]

Deo gratias. Amen.

[*Cod. Vat.* 4221.]

Incipit Prologus Lib. Salomonis, id est, Parabolæ eius; secundùm Hebraicam veritatem translatæ ab Eusebio Hieronymo Presbytero petentibus Chromatio & Eliodoro Episcopis.

Hieronymus.

IVngat epistola, quos iungit Sacerdotium; immò charta non diuidat, quos Christi nectit amor &c.

Incipit

g. *al.* ad sacrificium vitulos albos. *al.* sacrificium vitulorum. *Totus hic locus ita legendus ex cap. 6. lib. 11. Regnorum iuxta LXX. Interpretes.* Arcam autem antecedebant septem chori & sacrificiū vitulus, & agni. h. *al.* post. *al.* retro. i. *al. addit*, iuxta tenorem & vocabulū Scripturarū, ita expositi sunt. k. *al.* xxxij. l. *al.* In Moysen duo. m. *al. addit*, Regem. n. *al.* vnus in Zachariam. o. *al.* Ita dispositio ipsa continet, id est, Diapsalma octoginta. p. *al.* ceteri verò ita vt textus Scripturæ continet scilicet recitantur suis nominibus: nam primus Psalmus nulli assignatus est iuxta historiam. quorum omnium est. q. *al. addit*, Dei. r. *al.* ordines historiæ immutatos. s. *al.* prophetias.

Incipit Prologus eiusdem Libri Salomonis.

TRibus nominibus vocatum fuisse Salomonem, Scripturæ manifestissimè docent. Pacificum, id est, Salomonem; Ectidida, hoc est, Dilectum Domini; & quod nunc dicitur Celeth, id est, Ecclesiasten. Ecclesiasten autem græco sermone appellatur, qui cœtum, id est, Ecclesiam congreget; quem nos appellare possumus, Concionatorem &c. [*extat in Biblijs editis cum Glossa Ordinaria*.]

Incipit alius Prologus.

TRes libros Salomonis, id est, Prouerbia, Ecclesiasten, & Cantica Canticorum &c. [*extat etiam in ijsdem Biblijs cum Glossa Ordinaria*.]

[*Cod. S. Pauli. Vatic.* 4221. & *Orat. B. vj.*]

Incipiunt Capitula (*) Libri Prouerbiorum.

I. DE Parabolis Salomonis.
II. Affectu patris alloquitur filium, blanditijs peccatorum non adquiescere.
III. Non ambulandum cum impijs.
IV. Sapientia, id est, Christus loquitur foris, id est, in luce palam, vt relicta infantia, malitia paruuli simus.
V. Sapientia hortatur conuerti ad Dominum: & profert spiritum.
VI. Sapientia comminatur contemptoribus suis.
VII. Sapientia hortatur suscipere sermones suos, sapientiam & & prudentiam.
VIII. Sapientia docet, non esse obliuiscendam legem suam & præcepta.
IX. Habendam esse fiduciam ad Dominum; & non hæsitandum in oratione; nec confidere prudentiæ propriæ.
X. Sapientia hortatur, ne eloquia Domini neglegantur.
XI. Sapientia docet, non esse hominem malum imitandum [a] nec vias eius.
XII. Sapientia hortatur, disciplinam patris amplecti.
XIII. Sapientia monet suscipi verba sua.
XIV. Sapientia loquitur, auscultandos sermones suos; & seruari cor à prauis cogitationibus.
XV. Sapientia monet inclinandam aurem prudentiæ; elongari verò à muliere meretrice, præcipuè fornicaria.
XVI. Sapientia monet sponsores amicorum, non esse negligentes.
XVII. Sapientia pandit quæ odit Dominus, & quid detestatur.
XVIII. Sapientia affectu patris loquitur, præcepta recondere; & mandata seruare.
XIX. Sapientia hortatur custodiendũ à muliere extranea, hoc est, à muliere proximi.
XX. Blanditur pietas sapientiæ, ne adquiescamus prauæ doctrinæ.
XXI. Sapientia hortatur, disciplinam magis diligendam, & non aurum vel pecuniam.
XXII. Sapientia loquitur, id est, Christus, dicens per se omnia facta; & semper se cum Patre fuisse.
XXIII. Sapientia, id est, Christus ædificauit sibi domum.
XXIV. Sapientia loquitur; per quam facta sunt omnia & reguntur: per ipsam adduntur anni vitæ.
XXV. De parabolis Salomonis.
XXVI. Pondus dolosum & fraudulentum, abominatio est apud Deum.
XXVII. De iustis, qui propria diuidendo, ditiores fiunt: & aliena rapientibus, quòd in ægestate sunt.
XXVIII. *Propter peccata labiorum ruina proximat malo.*
XXIX. *Qui custodit os suum, custodit animam suam.*
XXX. *Sapiens mulier ædificat domum suam: stulta verò structam destruet.*

Est via

* al. in libro. a. al. &

XXXI. *Est via quæ videtur homini iusta; nouissima autem eius ducunt ad mortem.*

XXXII. *Iustitia eleuat gentem, miseros facit populos peccatum.*

XXXIII. *Melius est vocare ad olera cum caritate; quàm ad vitulum saginatum cum odio.*

XXXIV. *Abominatio Domini, cogitationes malæ.*

XXXV. *Homo peruersus suscitat lites; & verbosus separat principes.*

XXXVI. *Omni tempore diligit, qui amicus est: & frater, in angustijs comprobatur.*

XXXVII. *Impius cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit.*

b XXXVIII. *Qui inuenit mulierem bonam, inuenit [b] bonum; & hauriet iocunditatem à Domino.*

XXXIX. De fœneratoribus misericordiæ. *Fœneratur Domino, qui miseretur pauperi.*

XL. Quòd nullus gloriabitur, castum se habere cor.

XLI. Abominatio est apud Deum pondus & pondus.

XLII. Misericordiam magis placere Domino, quàm victimas.

XLIII. De pigris & superbis.

XLIV. De fugiendo homine iracundo.

XLV. Gaudere patrem super filio corde prudenti.

XLVI. De eruendis eis, qui ducuntur ad mortem.

c XLVII. De iusto cadente [c] septies, & surgente.

XLVIII. De agro hominis pigri inculto, & vinea stulti.

d XLIX. [d]Raro id ferendum pedem ad amicos.

L. Respondendum stulto iuxta stultitiam suam; ne sibi sapiens esse videatur.

LI. *Ex labijs suis intelligitur iniquus.*

LII. *Melior est manifesta correptio, quàm amor absconditus.*

LIII. Apertio pratorum in Sacramentis.

LIV. De deceptore iustorum.

LV. De stulto totum spiritum proferente.

LVI. De iustis & impijs, inuicem se abominantibus.

LVII. Omnis sermo Domini ignitus.

LVIII. De via difficili aquilæ, nauis colubri & reliquorum.

LIX. Sacramentum de muliere forti.

LX. Retributio de fructibus manuum: & laus ex operibus.

Expliciunt Capitula.

Incipit Liber Prouerbiorum Salomonis.

quem Hebræi Masloth appellant.

I. c. 1. ℣. 1.

Parabolæ Salomonis filij Dauid regis Israhel, ad sciendam sapientiam & disciplinam.

II. c. 1. ℣. 10.

Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne adquiescas eis.

III. c. 1. ℣. 15.

Fili mi, ne ambules cum eis: prohibe pedem tuum à semitis eorum.

IV. c. 1. ℣. 20.

Sapientia foris prædicat; in plateis dat vocem suam.

V. c. 1. ℣. 23.

Conuertimini ad correptionem meam: en proferam vobis spiritum meum.

VI. c. 1. ℣. 26.

Ego quoq; in interitu vestro ridebo & subsannabo; cũ vobis quod timebatis, acciderit.

VII. c. 2. ℣. 1.

Fili mi, si susceperis sermones meos; & mandata mea absconderis penes te.

VIII. c. 3. ℣. 1.

Fili mi, ne obliuiscaris legis meæ: & præcepta mea custodiat cor tuum.

IX. c. 3. ℣. 5

Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo: & ne innitaris prudentiæ tuæ.

X. c. 3. ℣. 11.

Disciplinam Domini fili mi ne abijcias; nec deficias, cùm ab eo corriperis.

XI. c. 3 ℣. 21.

Fili mi, ne effluãt hæc ab oculis tuis. Custodi legẽ atq; cõsiliũ; & erit vita animæ tuæ.

XII. c. 4. ℣. 1.

Audite filij disciplinam patris: & attendite vt sciatis prudentiam.

Audi

b. *al.* bonum thesaurum. c. & septies surgente. d. *iuxta LXX.*

XIII. c. 4. ℣. 10.
Audi fili mi, & suscipe verba mea; vt multiplicentur tibi anni vitæ.

XIV. c. 4. ℣. 20.
Fili mi, ausculta sermones meos: & ad eloquia mea inclina aurem tuam.

XV. c. 5. ℣. 1.
Fili mi, attende sapientiã meã; & prudentiæ meæ inclina aurẽ tuã: vt custodias cogit.

XVI. c. 6. ℣. 1.
Fili mi, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum animam tuam.

XVII. c. 6. ℣. 16.
Sex sunt quæ odit Dominus; & septimum detestatur anima eius.

XVIII. c. 6. ℣. 20.
Conserua filij præcepta patris tui; & ne dimittas legem matris tuæ.

XIX. c. 6. ℣. 24.
Vt custodiãt te à muliere mala, & à blanda lingua extraneæ. Non concupiscat.

XX. c. 7. ℣. 1.
Fili mi custodi sermones meos; & præcepta mea reconde tibi.

XXI. c. 8. ℣. 10.
Accipite disciplinã meã, & non pecuniã; doctrinam magis, quàm aurum eligite.

XXII. c. 8. ℣. 22.
Dñs possedit me in initio viarũ suarũ, antèquam quicquam faceret à principio.

XXIII. c. 9. ℣. 1.
Sapientia ædificauit sibi domum; excidit colũnas septem; immolauit victimas suas.

XXIV. c. 9. ℣. 10.
Principium sapientiæ, Timor Domini: & scientia Sanctorum, prudentia.

XXV. c. 10. ℣. 1.
Parabolæ Salomonis.
Filius sapiens lætificat patrem: filius verò stultus mœstitia est matri suæ.

XXVI. c. 11. ℣. 1.
Statera dolosa, abominatio est apud Deũ; & pondus æquum, voluntas eius.

XXVII. c. 11. ℣. 24.
Alij diuidũt propria; & ditiores fiunt: alij rapiunt non sua; & semper in egestate sunt.

XXVIII. c. 12. ℣. 13.
Propter peccata labiorũ ruina proximat malo: effugiet autem iustus de angustia.

XXIX. c. 13. ℣. 3.
Qui custodit os suũ, custodit animã suam: qui autem inconsideratus est ad loquendum.

XXX. c. 14. ℣. 1
Sapiens mulier ædificat domum suam: insipiens extructam quoq; destruit manibus.

XXXI. c. 14. ℣. 12.
Est via quæ videtur homini iusta; nouissima autem eius deducunt ad mortem.

XXXII. c. 14. ℣. 31.
Qui calũniatur egentẽ, exprobrat factori eius: honorat autẽ eũ, qui miseretur pauperis.

XXXIII. c. 15. ℣. 17.
Melius est vocare ad olera cum caritate, quàm ad vitulum saginatum cum odio.

XXXIV. c. 15. ℣. 26.
Abominatio Dñi, cogitationes malæ: & purus sermo pulcherrimus firmabitur ab eo.

XXXV. c. 16. ℣. 28.
Homo peruersus suscitat lites: & verbosus separat principes.

XXXVI. c. 17. ℣. 17.
Omni tempore diligit, qui amicus est: & frater, in angustijs cõmprobatur.

XXXVII. c. 18. ℣. 3.
Impius, cùm in profundo venerit peccatorum, contemnit.

XXXVIII. c. 18. ℣. 22.
Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum; & hauriet iucunditatem à Dño.

XXXIX. c. 19. ℣. 17.
Fæneratur Dño, qui miseretur pauperi: & vicissitudinem suam reddet ei.

XL. c. 20. ℣. 9.
Quis potest dicere. Mundum est cor meum? purus sum à peccato?

XLI. c. 20. ℣. 23.
Abominatio est apud Dñm, pondus & pondus: statera dolosa non est bona.

XLII. c. 21. ℣. 3.
Facere misericordiam & iudicium, magis placent Domino, quàm victimæ.

XLIII. c. 21. ℣. 24.
Superbus & arrogans vocatur indoctus, qui in ira operatur superbiam.

XLIV. c. 22. ℣. 24.
Noli esse amicus homini iracundo; neque ambules cum viro furioso.

XLV. c. 23. ℣. 15.
Fili mi, si sapiẽs fuerit animus tuus, gaudebit tecũ cor meũ: & exsultabunt renes mei.

XLVI. c. 24. ℣. 11.
Erue eos, qui ducuntur ad mortem: & qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses.

XLVII. c. 24. ℣. 16.
Septies enim cadet iustus, & resurget: impij

impij autem corruent in malum.

XLVIII. c. 24. ℣. 30.

Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti.

Hæ quoq; Parabolæ Salomonis, quas transtulerunt viri Ezechiæ regis Iuda.

Gloria Dei est celare verbum: & gloria regum, inuestigare sermonem.

XLIX. c. 25. ℣. 17.

Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui; ne fortè satiatus, oderit te.

L. c. 26. ℣. 5.

Responde stultò iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur.

LI. c. 26. ℣. 24.

Labijs suis intelligitur inimicus, cùm in corde tractauerit dolos.

LII. c. 27. ℣. 5.

Melior est manifesta correptio, quàm amor absconditus.

LIII. c. 27. ℣. 25.

Aperta sunt prata; & apparuerunt herbæ virentes; & collecta sunt fœna de montibus.

LIV. c. 28. ℣. 10.

Qui decipit iustos in via mala, in interitu suo corruet: & simplices possidebũt bona e.

LV. c. 29. ℣. 11.

Totum spiritum suum profert stultus: sapiens differt & reseruat in posterum.

LVI. c. 29. ℣. 27.

Abominantur iusti virum impium: & abominantur impij eos, qui in recta sunt via.

Visio quã locutus est vir cũ quo est Deus; & qui Deo secũ morante, confortatus ait.

LVII. c. 30. ℣. 5.

Omnis sermo Dei ignitus, clypeus est sperãtibus in se: ne addas quicquã verbis illius.

LVIII. c. 30. ℣. 18.

Tria sunt difficilia mihi; & quartum penitùs ignoro.

Tria sunt quæ benè gradiuntur; & quartum quod incedit feliciter.

Verba Lamuhelis Regis.

Visio qua erudiuit eũ mater sua. Quid dilecte mi? quid dilecte vteri mei? quid dilecte.

LIX. c. 31. ℣. 10.

Aleph. Mulierem fortem quis inueniet? procul & de vltimis finibus pretium eius.

Beth. Confidit in ea cor viri sui.

Gimel. Reddet ei bonum & non malum.

Daleth. Quæsiuit lanam & linum.

Hè. Facta est quasi nauis institoris.

Vav. De nocte surrexit.

Zai. Considerauit agrum, & emit eum.

Heth. Accinxit fortitudine lumbos suos.

Teth. Gustauit & vidit quia bona est.

Ioth. Manum suam misit ad fortia.

Caph. Manum suam aperuit inopi.

Lamech. Non timebit domui suæ.

Mem. Stragulam vestem fecit sibi.

Non. Nobilis in portis vir eius.

Samech. Sindonem fecit, & vendidit.

Ain. Fortitudo & decor indumentum eius.

Fe. Os suum aperuit sapientiæ.

Sade. Considerauit semitas domus suæ.

Coph. Surrexerunt filij eius.

Res. Multæ filiæ congregauerunt diuitias.

Sin. Fallax gratia, & vana est pulchritudo.

LX. c. 31. ℣. 31.

Thau. Date ei de fructu manuum suarum; & laudent eam in portis opera eius.

Explicit Liber Prouerbiorum.

Vers. N. I. DCC. XL.

[*hoc est, num.* 1740.]

[*Cod. Orat. B. vij.*]

Incipiunt Capitula Libri Prouerbiorum.

I. DE Parabolis Salomonis.

II. De non adquiescendum flagitijs peccatorum & hæreticorum.

III. Sapientia, id est, Christus Dei Filius loquitur foris, id est, in lucem palam, vt relicta infantia, malitia paruuli simus.

IV. De contemptu Iudæorum, vel etiam Christianorum non rectè viuentium.

V. De dono sapientiæ.

VI. De custodia præcepti Dei.

VII. De non confidendo prudentiæ pro-

propriæ, sed auxilio Dei.

VIII. Sapientia docet, malum non imitandum.

IX. De amplectenda disciplina patris.

X. Sapientia monet cauendum à meretrice.

XI. Quòd per auxilium Dei abstinendum sit à prauis cogitationibus.

XII. Sapientia monet cauendum à meretrice, id est, à Synagoga Iudæorum vel Hereticorum, & specialiter à muliere fornicaria.

XIII. Hortatur Sapientia non esse negligentes sponsores amicorum, præcipuè & in Ecclesia diuersarum virtutum vel gratiarum sponsoris, vt impleant quod Deo vouerunt.

XIV. Sapientia pandit quæ oderit Dominus.

XV. Sapientia hortatur mandata seruare, abstinere à muliere extranea.

XVI. Blanditur pietas sapientiæ non acquiescendum prauæ doctrinæ vel mulieri meretrici.

XVII. De amplectenda disciplina magis quàm [a] diuinæ.

XVIII. De Filio Dei, quòd ante sæcula cum Patre fuerit; & omnia per ipsum facta sunt.

XIX. Sapientia, id est, Christus Dei Filius ædificauit sibi domum; quam sua potentia de Maria Virgine assumpsit.

XX. De Parabolis Salomonis.

XXI. De pôderibus dolosis, quia abominatio sit apud Deum.

XXII. De largitate & auaritia.

XXIII. De ruina malè loquentium, id est, detractorum.

XXIV. De moderatioue linguæ.

XXV. De profectu Ecclesiæ & minoratione Synagogæ.

XXVI. De via quæ ducit ad mortem.

XXVII. Quòd miserum faciat vnumquemque conscientiæ reatus.

XXVIII. De cauda caritatis.

XXIX. De malo superbiæ.

Verbũ quod factũ est ad Hieremiã, & ad omnes Iudæos qui habitãt in terra Aegypti.

CLVIII. c.44.℣.11.

Ideò hæc dicit Dñs Exercituũ, Deus Israhel. Ecce ego ponã faciẽ meam in vobis.

CLIX. c.44.℣.24.

Dixit autem Hieremias ad omnẽ populũ, & ad vniuersas mulieres. Audite verbũ Dñi.

CLX. c.45.℣.1.

Verbum quod locutus est Hieremias Propheta ad Baruch filiũ Neriæ, cùm scripsisset.

CLXI. c.46.℣.10.

Dies autem ille Dñi Dei Exercituũ, dies vltionis, vt sumat vindictã de inimicis suis.

CLXII. c.46.℣.13.

Verbum quod locutus est Dñs ad Hieremiã Prophetã super eo quòd venturus esset.

CLXIII. c.46.℣.27.

Et tu ne timeas serue meus Iacob; & ne paueas Israhel; quia ecce ego saluũ te faciã.

CLXIV. c.47.℣.2.

Hæc dicit Dominus. Ecce aquæ ascendũt ab Aquilone; & erunt quasi torrens inũdans.

CLXV. c.47.℣.5.

Venit caluitium super Gazam: conticuit Ascalon, & reliquiæ vallis earum.

Ad Moab.

CLXVI. c.48.℣.1.

Hæc dicit Dñs exercituũ, Deus Israhel. Væ super Nabo: quoniã vastata est & cõfusa.

CLXVII. c.48.℣.10.

Maledictus, qui facit opus Dñi fraudulẽter: & maledictus, qui prohibet gladiũ suũ.

CLXVIII. c.48.℣.17.

Dicite. Quomodo confracta est virga fortis, baculus gloriosus? Descende de gloria *&c. vsque*. Væ tibi Moab peristi popule Chamos, quia comprehensi sunt filij tui & filiæ tuæ in captiuitatem. & conuertam captiuitatem Moab in nouissimis diebus, ait Dominus.

Hucusque iudicia Moabitem.

Ad filios Ammon.

CLXIX. c.49.℣.1.

Hæc dicit Dominus. Nunquid filij non sunt Israhel? aut hæres nõ est ei? Cur igitur.

Ad Idumæam.

CLXX. c.49.℣.7.

Hæc dicit Dominus Exercituũ. Numquid non est vltra sapientia in Theman?

CXXI. c.49.℣.11.

Relinque pupillos tuos; & ego eos faciam viuere: & viduæ tuæ in me sperabunt.

CXXII. c.49.℣.20.

Propterea audite cõsiliũ Dñi quod init de Edom, & cogitationes eius quas cogitauit.

Ad Damascum.

CLXXIII. c.49.℣.23.

Confusa est Emath, & Arfath; quia auditũ pessimum audierunt: turbati sunt in mari.

Ad Cedar & ad regna Ajor quæ percussit Nabuchodonosor rex Babylonis.

CLXXIV. c.49.℣.28.

Hæc dicit Dominus. Surgite, ascendite ad Cedar: & vastate filios Orientis.

CLXXV. c.49.℣.34.

Quod factũ est verbum Dñi ad Hieremiã prophetam aduersùm Elam in principio.

CLXXVI. c.50.℣.1.

Verbũ quod locutus est Dñs de Babylone & de terra Chaldæorum in manu Hieremiæ.

CLXXVII. c.50.℣.18.

Propterea hæc dicit Dñs Exercituũ, Deus Israhel. Ecce ego visitabo regem Babylonis.

CLXXVIII. c.51.℣.15.

Qui fecit terram in fortitudine sua; & præparauit Orbem in sapientia sua.

CLXXIX. c.51.℣.17.

Stultus factus est omnis homo à scientia: confusus est omnis conflator in sculptili.

CLXXX. c.5.℣.20.

Conlidis tu mihi vasa belli: & ego collidam in te gentes; & disperdam in te regna.

T Leua-

CLXXXI. c.51.℣.27.
Leuate signum in terra; clangite buccina in montibus: sanctificate super eam gentes.
CLXXXII. c.51.℣.41.
Quomodo capta est Sesach? & comprehensa est inclyta vniuersæ terræ?
CLXXXIII. c.51.℣.47.
Propterea ecce dies veniunt: & visitabo super sculptilia Babylonis: & omnis terra.
CLXXXIV. c.51.℣.59.
Verbum quòd præcepit Hieremias Prophetes Saraiæ filio Neriæ filij Maaziæ cùm pergeret &c. sic submergetur Babylon: & non consurget à fac.e afflictionis, quam ego adduco super eam; & dissoluetur.
Hucusque verba Hieremiæ.
c.52.℣.1.
Filius viginti & vnius anni erat Sedechias cùm regnare cœpisset & vndecim annis reg.
CLXXXV. c.52.℣.4.
Factũ est autem in anno nono regni eius, in mense decimo, decima mensis venit Nabuchodonosor Rex Babylonis, ipse & õnis.
CLXXXVI. c.52.℣.12.
In mense autem quinto, decima mensis, ipse est annus nonus decimus Nabuchodon.
CLXXXVII. c.52.℣.31.
Et factum est in trecesimo septimo anno transmigrationis Ioachim regis Iudæ duodecimo mense, vigesima quinta mensis, eleuauit Euil Merodach.

Lamentationes Ieremiæ Prophetæ.

[al.] *Incipit Lamentatio Hieremiæ.*

Aleph QVomodo sedet sola, ciuitas &c. *vsque.* filia Edom discooperuit peccata tua.

Explicuit Lamentatio.

Incipit Oratio Hieremiæ.

REcordare Domine &c.

Explicuit Hieremias Propheta.

V. IIII. CCCCL.

[*hoc est, Vers.* 4450.]

[*Cod. Vat.* 4220.]

Incipiunt Lamentationes Ieremiæ Prophetæ, quod est in Titulo Cynoch cum absolutione litterarum Hebraicarum.

Et factum est postquam in captiuitatem productus est Israel &c.

[*Cod. S. Petri.*]

Incipit Lamentum.

Feria V. [*in Cœna Domini.*]

Lectio I.
Aleph.
c.1.℣.1.
QVomodo sedet sola, ciuitas plena populo!
Lectio II. Caph. c.1.℣.11.
Omnis populus eius gemens, & quærens panem.
Lectio III. Sen. c.1.℣.21.
Audierunt quia ingemisco ego. & non est qui consoletur me.
Feria VI. in Parasceue.
Lectio I. Heth. c.2.℣.8.
Cogitauit Dominus dissipare murum filiæ Syon.
Lectio II. Sade. c.2.℣.18.
Clamauit cor eorum ad Dominum super muros filiæ Syon. deduc quasi torrentem lacrymas per diem.
Aleph. c.3.℣.1.
✠ Ego vir videns paupertatem meam.
Lectio III. Vau. c.3.℣.16.
Et fregit ad numerum dentes meos: cibauit me cinere.
Item in Sabbato Sancto.
Lectio I. Fe. c.3.℣.46.
Aperuerunt super nos os suum omnes inimici.
Lectio II. c.4.℣.4.
Adhæsit lingua lactantis ad palatum eius in siti. parui. panem petierunt.
Lectio

Lectio III. Sam. c 4. 18.

Lubricauerunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum: adpropinquauit finis noster.

Incipit Oratio. c. 5. V. 1.

A. Recordare Domine quid acciderit nobis.

Explicit Lamentum Hieremiæ Prophetæ.

[*Cod. Orat. B. vj. & S. Pauli*]

Hieremias habet Versus IIII. CCCCL.

[*hoc est, 4450.*]

Explicit Hieremias Propheta.

[*Cod. Orat. B. vij.*]

Incipit Baruch

[*iuxta veterem Editionem ex LXX. Interpretibus. Extat porrò exordium huius libri in fine libri Hieremiæ secundùm eosdem LXX.*]

ET factum est, in quinto anno, decima mensis, venit Nabuzardan princeps cocorum, qui stabat ante faciem Regis Babyloniæ, in Ierusalem; & succendit Aedem Dñi, & domũ Regis; & omnes domos ciuitatis magnas & succẽdit igni: & murum Ierusalem in circuitu demolitus est exercitus Caldæorum cum Nabuzardan principe cocorum: & residuum populi reliquit princeps cocorum, vinearum cultores: & omne æs, argentum & aurum & omnẽ suppellectilem ciuitatis Ierusalem, quicquid fuit, transtulit princeps cocorum. Summum autẽ Sacerdotem; & secundum Sacerdotem, & custodes viæ, & spadonem vnum qui erat præpositus viris bellatoribus, & septem viros nominatos qui sunt ad faciem Regis, qui sunt inuenti in ciuitate, & scribam Virtutum qui scribatum administrabat populo terræ, adduxit Nabuzardan ad Regem, & interfecit eos Rex Babylonis in Reblatha in terra Emath. Et factum est, in xxxviij. anno transmigrationis Ioachim Regis Iudæ eleuauit caput eius HeuilMerodach Rex Babyloniæ: & eduxit eum de carcere; & mutauit vestimenta eius: & posuit thronum eius super omnes Iudæos qui erant in Babylonia. & mãducabat panem semper ante faciem eius omnibus diebus vitæ suæ. Et factum est, post annum quintum & mensem septimum quo cœperunt Caldæi Ierusalem, & succenderunt eam igne; scripsit librum Baruch filius Neriæ, filij Amasiæ, filij Sedechiæ, filij Sedei, filij Elchiæ, de Tribu Simeon in Babylonia: cuius Libri verba sunt in subiecto. & misit in Ierusalem; quem legit ipse Baruch in Babylonia ad aures potentum, & filiorum Regum, & seniorum & totius populi à pusillo vsque ad magnum, vniuersis habitantibus in Babylonia ad flumen Suth. & ieiunauerunt eum fletu adorantes Dominum. & collegerũt argentum prout poterãt manus singulorum: & miserunt ad Ioachim filium Helchiæ filij Salom Sacerdotem Magnũ & ad ceteros & ad omnẽ populũ qui inuentus est cum illo in Ierusalem; & vt acciperent vasa domus Domini quæ ablata fuerant de Templo terræ Iuda in Babylonia, vasa aurea & argentea quæ fecerat Sedechias filius Iosiæ Regis Iudæ, postquam adduxit Nabugodonosor Rex Babyloniæ Iechoniam & Principes eius vinctos & potentes & populum terræ ex Ierusalem, & induxit eos in Babyloniam: & dixerunt. Ecce misimus ad vos argentum; emite ex eo holocausta pro peccatis nostris, & thus; & facite manna. & imponite super altare Dei nostri: & orate pro vita Nabugodonosor Regis Babyloniæ, & Balthasar filij eius; vt sint dies eorum sicut dies cæli, super terram: & dabit Dominus virtutem nobis; & illuminabit oculos nostros: & viuemus sub vmbra Nabugodonosor Regis Babyloniæ, & Balthasar filij eius; & seruiemus illis multis diebus; inueniemus gratiam in conspectu eorum. & orate pro nobis ad Dominum Deum nostrum, quia peccauimus; si forsitan auertatur indignatio Domini & iraeundia eius à nobis. & legetis librum quem misimus ad vos in domo Domini in die sollempni. Quem cùm accepissent, legerunt. in quo fuit scriptum h'. Domino Deo nostro iustitia; nobis autem confusio ruboris in facie, sicut est hodierna die omni Iuda qui transmigratus est ab Ierusalem, & Regibus nostris & Princi-

cipibus & Sacerdotibus & Prophetis nostris & Patribus, cum quibus peccauimus ante Deum, & contempsimus eum: & non audiuimus vocem Domini Dei nostri, vt iremus in præcepta & mandata eius, quæ dedit ante faciem nostram à die qua eduxit nos de terra Aegypti: & fuimus vsque in hunc diem contumaces in Dominum Deum nostrum: & meditabamur . . . nè audiremus vocem eius. & hæserunt nobis omnia mala in maledicto, quod constituit Dominus per Moysen seruum suum, qui eduxit Patres nostros de terra Aegypti, dare nobis terram fluentem lacte & melle & non audiuimus vocem Domini Dei nostri secundùm omnia verba Prophetarum quos misit ad nos & abiuimus vnusquisque in sensu cordis sui mali, operari dijs alienis, facere mala sub oculis Dei nostri. & statuit Dominus verbum suum quod locutus est in nos, & Iudices nostros qui iudicabant Israel & Iuda, vt induceret in nos mala magna, quæ non sunt facta sub cælo, quæ fecit in Ierusalem secundùm ea quæ scripta sunt in Lege Moysi; vt manducaret homo carnes filij sui & filiæ: & dedit nos subditos omnibus Regnis quæ in circuitu nostro sunt; in opprobrium & desolationem omnibus populis ad quos dispersit nos Dominus. & facti sumus subtus, & non supra: quia peccauimus Domino Deo nostro, vt non obaudiremus vocem eius. ipsi iustitia; nobis autem & patribus nostris confusio; sicut dies isti qui venerunt nobis. & non sumus deprecati Dominum, vt auerteretur vnusquisque à cogitationibus pessimis: & vigilauit Dominus in malis operibus nostris; & induxit super nos mala: quoniam iustus est Dominus in omnibus operibus suis quæ mandauit nobis; & non obaudiuimus vocem eius vt ambularemus in præceptis Domini, qui dedit ante faciem nostram. Et nunc Domine Deus Israel, qui eduxisti populum tuum de terra Aegypti in manu valida, cum signis & prodigijs, in virtute magna & in brachio excelso; & fecisti tibi nomen, sicut dies ista: peccauimus, impiè egimus, & malè fecimus Domine Deus noster in omnibus iustificationibus tuis. auertatur ira tua à nobis; quia derelicti sumus pauci in nationibus quò dispersisti nos. Exaudi Domine orationem nostram; & eripe nos propter te; & da nobis gratiam ante faciem eorum qui nos obduxerunt: vt sciat omnis terra, quia tu es Dominus Deus, & quia nomen tuum inuocatum est super Israel, & super genus eius. Domine prospice de domo sancta tua; & annue nobis: inclina Domine aurem tuam; & audi: aperi oculos tuos; & vide: quia non mortui qui in inferno sunt (quorum spiritus accepti sunt à præcordijs eorum) dabunt gloriam & iustificationes tibi: sed anima tristes & infirmę & esurientes, & oculi deficientes dabunt gloriam & iustificationem Domine. quia non propter iustificationē patrum nostrorū & regū iactamus misericordiam tuam Domine Deus noster, quoniam misisti indignationem tuam & iram super nos; sicut locutus es in manus puerorum tuorum Prophetarum tuorum, dicens. Hæc dicit Dominus. Inclinate humerū vestrum: & operamini Regi Babyloniæ. deficientem faciam de ciuitatibus Iuda & extrinsecus Ierusalem vocem lætitiæ & iocunditatis, vocem sponsi & sponsæ: eritque vniuersa terra sine vestigio ab inhabitantibus. & non audiuimus vocem tuam, vt operaremur Regi Babyloniæ. & statuisti verba quæ locutus es in manibus puerorum tuorum Prophetarum, vt eijcerentur ossa Regum & Prophetarum nostrorum de loco suo: & ecce proiecta sunt in æstu Solis & gelu noctis; & mortui sunt in doloribus malis, in fame & gladio & emissione: & posuisti domum in qua inuocatum est nomen tuum, sicut dies ista super domum Israel & Iuda. & fecisti Deus noster secundùm omnem moderationem tuam magnam; sicut locutus es in manu pueri tui Moysi, quà die mandasti ei scribere legem tuam coram filijs Israel, dicens: Si non obaudieritis vocem meam; multitudo hæc magna conuertetur in minimam gentem; quoniam eos disperdam: scio enim quia non me audient; quia populus est duræ ceruicis . & conuertentur ad cor suum in terra captiuitatis suæ; & scient quia ego sum Dominus Deus eorum. & dabo illis cor ad intelligendum; & aures ad audiendum: & laudabunt me in terra captiuitatis suæ; & memores erunt nominis mei: & auertent se à duricia cordis sui & à nequissimis rebus suis; qui reminiscentur vias patrum suorum quas peccauerunt coram Domino. & conuertam eos in terram, quam iuraui patribus eorum Abraham,

Isaac,

Isaac, & Iacob: & dominabuntur in ea. & multiplicabo eos; & non minorabuntur: & statuam illis testamentum æternum, vt sim Israel in Deum;& ipsi mihi erunt in populũ: & vltra non mouebo populum meũ filios Israel de terra sua. Et nunc Domine omnipotens, Deus Israel, anima in angustijs & spiritus clamat ad te. Exaudi Domine, & miserere; quia Deus es misericors, miserere; quia peccauimus in conspectu tuo, tu qui regnas in æternum. Ne perdideris nos Domine omnipotens in perpetuum. Domine Deus Israel audi nunc orationem defunctorum Israel & filiorum illorum qui peccauerunt in conspectu tuo. quia non audiuimus vocem tuam Domine Deus noster; adhæserunt nobis mala. ne memor fueris iniquitatis patrum nostrorum; sed memento manus tuæ & nominis tui tempore hoc: quia tu es Dominus Deus noster; & laudabimus te Domine: quia propterea dedisti timorem tuum in corde nostro, vt inuocemus te, & laudemus te in captiuitate nostra. quia conuertimur in corde nostro ad omnem iniquitatem patrum nostrorum, qui peccauerunt in conspectu tuo. ecce nos hodie in captiuitate nostra, qua nos dispersisti, in opprobrium & maledictum in gs secundùm iniquitates patrum nostrorum, qui a discesserunt à te Domino Deo nostro. Et cùm explicuisset librum orationis captiuorum, accipiens spiritus vocem, Ierusalem locutus est dicens.

Audi Israel mandata vitæ; & auribus percipe: vt scias prudentiam. Quid est Israel quòd in terra es inimicorum tuorum? veterasti in terra aliena; contaminatus es cum mortuis; deputatus es cum his qui sunt apud inferos: quia dereliquisti fontem vitæ & sapientiæ. nam si in via Dei ambulares, habitares vtique mecum in pace. disce, vbi sit sapientia; disce, vbi fortitudo, vbi prudentia: vt scias simul, vbi sit lõgiturnitas vitæ [leg. vita] & vita; vbi sit lumen oculorũ & pax. Quis inuenit locũ eius? & quis introiuit in thesauros illius? vbi sunt principes gentium, & qui dominantur super bestias, quæ sũt in terra? qui in auibus cæli ludunt? qui argentum thesaurizant & aurum, in quo confidunt homines, & non est finis possessionis eorum? Qui argentum fabricant, & solliciti sunt, nec est inuentio operum illorum, exinaniti sunt; & ad inferos descenderunt; & alij in locum illorum surrexerunt. iuuenes viderunt lumen; & habitauerunt super terram: viam autem disciplinæ nescierunt; neque intellexerunt semitas eius; neque susceperunt eam filij eorum: à facie illorum longè facta est; non est audita in Chanaan; neque visa est in Theman. Filij quoque Agar qui exquirunt prudentiam quæ de terra est, negotiantes terræ & Theman, & fabellatores, & exquisitores prudentiæ & intelligentiæ: viam autem scientiæ nescierunt; neq; meminerũt semitarum eius. O Israel, quàm magna domus Dei! & ingẽs locus possessionis eius! magnus, & non habet consummationem; excelsus & immensus. Ibi fuerunt gygantes nominati illi qui ab initio fuerunt statura magna, scientes bellum. non hos elegit Dominus; neque viam dedit illis disciplinæ: propterea perierunt. & quoniam non habuerunt sapientiam; interierunt propter insipientiam. Quis ascendit in cælum, & accepit eam, & eduxit de nubibus? quis transfretauit mare, & inuenit eam, & attulit eam super aurum electum? non est qui sciat viam eius; neque qui exegitet semitas eius: sed qui scit vniuersa, nouit illam; & adinuenit eam prudentia sua. qui perfecit terram in sempiterno tempore; & adimpleuit eam pecudibus: vocauit eam; & obedivit ei in tremore. stellæ enim dederunt lumen in custodijs suis & lætatæ sunt: vocatæ sunt; & dixerunt, Assumus: & luxerunt ei cum iocunditate: qui fecit illas. Hic est Deus noster; & non æstimabitur alius ad illum. Hic adinuenit omnem viam disciplinæ; & dedit illam Iacob puero suo, & Israel electo suo. Post hæc super terram visus est; & cum hominibus conuersatus. Hic liber præceptorum Dei, & lex quæ permanet in æternum. omnes qui tenent eam, peruenient ad vitã; qui autẽ relinquerint eã, morientur. Conuertere Iacob & apprehende eam: perambula ad splendorem eius contra lumen: noli alteri dare gloriam tuã, & vtilitates tuas genti alienæ. Beatissimus Israel: quia quæ Domino placent, nota sunt vobis. constantes estote populi, memorabiles Israel. venundati estis Gentibus non in perditione; quoniam irritastis Deum, traditi estis aduersarijs vestris: exacerbastis enim Dñm æternum qui nos fecit, sacrificantes dæmonijs, & non Deo. obliti enim estis

estis Dñm, qui vos nũtiauit [*leg.* nutriuit.] & contristati estis eam quæ nos nutriuit Ierusalem. vidit enim superuenientem vobis iram à Deo; & dixit. Audite ciuitates Syon: quia induxit mihi Dominus luctum magnũ: vidi enim captiuitatem filiorum meorum & filiarum, quam super omnes induxit Aeternus. nutriui enim illos cum iocunditate; & dimisi cum fletu & luctu. nemo in me exultet; quia vidua derelicta sum à multis: desolata sum propter peccata filiorum meorum; quoniam declinauerunt à Lege Domini: iustitiam eius non cognouerunt; neque ambulauerunt in vijs mandatorum eius; neq; semitas veritatis eius cum iustitia ingressi sunt. Venite circumuicinantes Syon: mementote captiuitatis filiorum meorum, & filiarũ quam super induxit illis ille Aeternus: qui suscitauit eos gentes de longinquo inprobas & alterius linguę: quæ seni & iuueni misericordiã non pręstiterunt; & adduxerunt dilectos viduæ; & vnicã à filijs desolati sunt. Ego autem non possum iuuare vos: sed Dominus qui vobis hæc mala intulit, eripiet de manibus inimicorum vestrorum. Abite filij, abite; ego enim derelicta sum sola. Exui stolam pacis; & indui cilicium obsecrationis. clamabo ad Altissimum in diebus meis. animum fortem habete filij: proclamate ad Dominum; & eripiet vos de manu principum inimicorum. Ego enim speraui in æternũ Saluatorem vestrum: quia venit mihi gaudiũ à Sancto super misericordiã, quæ veniet vobis citò ab æterno Saluatore nostro. Emisi enim vos cum luctu & fletu: restituet autem mihi vos Dominus cum gaudio & lætitia in æternum. nam sicut viderunt nunc confines vestram captiuitatẽ; sic videbunt citò à Deo vobis salutem, quæ superueniet in vos cum magna lætitia & gloria ac splendore æterno. Filij patientes estote; quia per iram Dei persecutus est vos inimicus: sed citò videbitis eius perditionem; & ceruices illius ascendetis. delicati mei ambulastis vias asperas: ducti estis velud grex ab inimicis. constantes estote filij; & proclamate ad Dominum: erit enim illi pro vestra captiuitate memoria; si sicut errastis ab eo, multipliciter conuersi quæratis eum. qui enim induxit super vos mala, dabit vobis etiam iocunditatem cum salute. Constans esto Ierusalem: exhortatur te qui te nominauit. miseri facti sunt qui te vexauerunt, & qui exultauerunt in casu tuo miseræ ciuitates, quibus seruierunt filij tui; miserior qui accepit filios tuos: sicut enim gauisa est in ruina tua, & læta est in casu tuo Babylon: ita contristabitur in sua solitudine. & amputabo exultationem multitudinis eius; & lætitia eius erit in luctu: ignis enim superueniet illi ab Aeterno, & dies longus; & habitabitur à dæmonijs plurimum temporis.

Circumspice ad Orientem Ierusalem; & vide iocunditatem, quæ à Deo tibi superuentura est. ecce venient filij tui, quos emisisti, verbo Domini congregati ab Oriente & Occasu, gaudentes in Dei gloria. Exue te stolam luctus Ierusalem [&] tuæ vexationis; [& indue te] decorẽ: quia à Deo tibi est gloria. Circũda te diploide à Deo iustitia: impone mitram capiti tuo gloriæ tuæ: Deus enim ostendet sub cælo vniuersæ creaturæ splendorem tuum: & vocabitur nomen tuum ab eo in æternum, Pax iustitiæ, & Gloria Dei culturæ. Surge Ierusalem; & sta in alto: & circumspice ad Orientem; & vide congregatos filios tuos à Solis Ortu & Occasu verbo Sancti, gaudentes in memoria Dei. exierunt à te pedestres ducti ab inimicis: reducit autem illos Deus ad te reportatos ad te cum gloria, sicut filios regni. constituit enim Deus humiliari omnem montem excelsum & rupes perennes verò valles impleri ad æqualitatem terræ; vt ingrediatur Israel totus in Dei honore. Obumbrabunt autem syluæ & omne lignum odoris Israhel præcepto Dei: præibit enim Deus Israhel cum lætitia in lumine Maiestatis suæ cum misericordia & iustitia quæ in ipso est.

[*Cod. Orat. B. vij.*]

Incipit alia Interpretatio Libri Baruch Notarij Hieremiæ.

[*Codd. Vatic. 4221. & Orat. D. vij.*]

Incipit Liber Baruch.

De Oratione & Sacrificio pro vita Nabuchodonosor.

c. 1. ỳ. 1.

ET hæc sunt verba libri, quem scripsit Baruch filius Neriæ, filij Maasiæ, filij Sedechiæ.

De Do-

De Doctrina Ecclesiastica initiat.

c.3. ℣.9.

Audi Israel mandata vitæ: auribus percipe vt scias prudentiam. Quid est Israhel quòd in terra?

Hic de Christo dicit.

c.3. ℣.36.

Hic est Deus noster: non æstimabitur alius aduersùs eum. hic adinuenit omnem viam.

Vox Ecclesiæ in persecutione de Pœnitentibus & Martyribus.

c.4. ℣.12.

Nemo gaudeat super me viduam, & desolatam à multis: derelicta sum propter peccata filiorum meorum.

De gloria Ecclesiæ. de resurrectione mortuorum.

c.5. ℣.1.

Exue te Ierusalem stola luctus & vexationis tuæ: & indue te decorem & honorem eius, qui à Deo tibi est.

Explicit Prophetia Ierusalem.

Exemplar Epistolæ, quam misit Ieremias ad abductos captiuos in Babyloniam à Rege Babyloniorum, vt nuntiaret illi secundùm quòd præceptum est illi à Domino.

c.6. ℣.1.

Propter peccata quæ peccastis ante Dominum, abducimini in Babyloniam captiui à Nabuchodonosor Rege Babyloniorum. Ingressi itaque &c. vsque. Ipsi etiam postremò comeduntur à vermibus; & erit obprobrium in regione. Melior est homo iustus qui non habet simulacra; nam erit longè ab obprobrijs.

[*Codd. S. Petri num. 3. S. Pauli. Vat.* 4220. *& Orat. B. vij.*]

Incipiunt Capitula Hiezechiel Prophetæ

[*iuxta Veterem Editionem Latinam ex LXX. Interpretibus.*]

I. VIsio quatuor Animalium.

II. Visio Rotarum.

III. Visio throni Dei, & imaginis Dei super thronum.

IV. Dominus mittit Prophetam ad populum, vt reuertantur ab erroribus suis.

V. Vbi cibatur Propheta volumine libri à Domino; & mittitur ad filios Israhel sedentes in captiuitate.

VI. Quòd Prophetam siue Sacerdotem omni facinoroso facinora eius adnuntiare oportet ei; vt desinat & viuat: nè sanguinem eius Dominus requirat ab eo. quòd si non audierit, periet in suo facinore; similiter & de iusto, si peccauerit.

VII. Vbi iterum in campo visus est Dominus Prophetæ; & mittit eum ad populum cum præceptis.

VIII. De latere, super quem Propheta iussus [a] depinxit Hierusalē in signum. & de diebus quibus dormiuit duobus lateribus suis Propheta in signum ciuitatis & populi. [*leg.* captiuitatis populi.]

IX. Vbi Propheta iubetur panem in pondere manducare fimo coctum, in signum populi futuri pro peccatis; & aquam in mensurâ bibere.

X. Vbi Propheta [b] accipit machæram super nouaculâ tonsoris acutam, vt raderet caput suum & barbam; & daret eam igni & vento & sparsioni, in in interitum populi signum.

XI. Pro idolis, diuersis plagis percussum populum in fame, & gladio, & dispersione.

XII. Pro idolis traditos Iudæos [c] diuersis malis.

XIII. Hic dicit. *Qui* [d] *possidet, non gaudeat: & venditor non* [e] *fleat.*

XIV. Argentum eorum abijcietur; & aurum eorum non liberabit eos.

XV. Sermo Domini super Prophetas, & super Sacerdotes, & senio-

a. *al.* ædificauit. b. *al.* accepit. c. *al.* ad. in. d. *al.* emit. e. *al.* defleat.

seniores, & super Reges & Magistratus.

XVI. Visio similitudinis claritatis Dei, & sermo Domini ad Prophetam super populum pro idolis. [al.] Visio claritatis Dei, & sermo Prophetæ ad populum.

XVII. De septuaginta senioribus operantibus facinora pro idolis.

XVIII. De mulieribus plangentibus idola [al. pro idolis.]

XIX. De xxx. [al. vigintiquinque] viris domus Iudæ adorantibus Solem.

f XX. Vbi Dñus misit Angelos [f] ad vastationem populi in Hierusalem: & dixit, *A sanctis meis incipite*.

XXI. Orat Propheta pro vastatione populi; & non auditur.

g XXII. De viro qui accepit carbones [g]de medio Rotarum & Cherubin.

XXIII. De similitudine claritatis Dei. & de Cherubin. & de quatuor Rotis.

h XXIV. Sermo Domini super principes [h]Israhel pro eorũ iniquitatibus: quòd ipsi essent carnes, Hierusalem olla.

XXV. Vbi iterum vidit Propheta claritatem Domini: & factus est ad eum sermo Domini.

i

k XXVI. Præcepit Dñs [i] vt Propheta vasa captiuitatis acciperet. [K] & fosso pariete, nocte exiret de ciuitate, quo esset exiturus populus in captiuitatem.

XXVII. Edet panem Propheta cum dolore; & bibet aquam tribulationis; vt sic populus captiuatus paretur. [al.] Edet Propheta panem & aquam in tribulatione.

XXVIII. Irascitur Deus populo dicenti. *Elongabitur dies, & peribit visio*. ideoque Dominum locuturum omnia & fecisse. [al.] Dominum locutum vt fecisse omnia.

XXIX. Sermo Domini super pseudoprophetas, [l] quos non misit Dominus. l

XXX. Sermo Dñi [*] super feminas falsas prophetantes. *

XXXI. De iusto & iniquo [*] & iudiciũ Domini. *

XXXII. Sermo Domini super viros Israhel pro abominationibus suis & iniustitijs.

XXXIII. Vt conuertatur homo à peccatis malis ad Dominum. quia Dominus nouit [m] hominum corda. m

XXXIV. De Propheta errante. [al.] Sermo Domini super falsos prophetas.

XXXV. Si fuerint tres viri, Noe, Daniel, & Iob. in terra quæ peccauerit, non posse per eos liberari peccatores; sed ipsos solos saluari à fame, bestijs, & gladijs.

XXXVI. Sermo Domini super vitem infructuosam Hierusalem.

XXXVII. Increpatio Domini super Hierusalem pro idolis. n

XXXVIII. Hic[n]dicit, *Mater*[o] *vestra Cethea; & pater* [p] *vester Amorræus; & soror vestra Samaria*. o p

XXXIX. Iustificat Dominus peccata Sodomorum & Samariæ super peccata Israhel.

XL. De Ecclesia significat hoc loco.

✱ [*al. interponit hunc Titulum.*] De parabola aquilæ.

XLI. Quòd Hierusalem & magistratus traderentur Regi Babyloniæ pro peccatis; & reliqui in gladio caderent, & in dispersionẽ mitterentur. [al.] Quòd Ierusalem tradetur Regi Babylonis.

XLII. Promissio populi noui ex Gentibus.

XLIII. Hic dixit, humiliare [q] excelsum, & humilem exaltare. q

XLIV. De vua acerba. & quòd non pater pro filio, nec filius pro patre, in peccato teneatur. & de patre iusto, & filio impio. & percurrit per quatuor genera-

f. al. vastare Ierusalem. g. al. in. h. al. Ierusalem. i. al. Prophetæ vt vasa &c. K. al. ex. l. al. quòd. * al. super falsas prophetas. * al. om. &c. m. al. omnium. n. al. dixit. o. al. tua. p. al. tuus. q. al. excelsa, & humilia &c.

nerationes iusti & iniusti.

XLV. Si peccator auersus à peccato, fecerit iustitiam [*al.* iudicium] viuet.

XLVI. Iustus si peccauerit, morietur.

XLVII. Hortatur Dominus peccatores reuerti ad se, vt viuant; quia Deus mortem non fecit.

XLVIII. Parabola leæ cum catulis suis. [*al.*] Increpatio Domini super Hierusalem & regnum eius, quòd dari haberet in manu Regis Babyloniæ.

XLIX. Sermo Domini super seniores Israhel; cùm venirent interrogare Prophetam in Domino. [*al.*] Sermo Domini super seniores Israel, eo quòd Sabbata [violauerint.]

L. Sermo Domini super domum Israhel; quòd in terra, in qua r induxit eos Dñs, [r] sacrificauerunt idolis Gentium. [*al.*] Vbi immolauerunt filios suos dijs alienis.

LI. De reditu filiorum Israhel in terra sua. [*al.*] Vbi promittit Dominus filijs Israhel in terra.

✱ [*Al. interponit & hūc Titulū.*] Sermo Domini super saltu meridiano in igne.

LII. Sermo Domini in gladio super Hierusalem & terram Israhel.

LIII. Sententia secunda in gladio super populum pro peccatis.

LIV. Sermo Domini super filios Ammon in gladio.

LV. Sermo Domini super Hierusalem effundentem sanguinem.

LVI. Sermo Domini de inhonoratione parentum, & de aduena oppresso, & adulteris & stupris cæterisque malis.

LVII. Sermo & indignatio Domini super populum commixtum velut æramentum [*al. addit*] sanguinum, & plumbum in camino. [*al.*] De populo commixto velut æramentum.

LVIII. De pseudoprophetis & Sacerdotibus.

LIX. Sermo Domini super Samariam quæ dicta est Oolla, & super Hierusalem qua dicta est Oolibama. [*al.*] De Samaria quæ dicta est Oollā, Ierusalem Oliua.

LX. Sermo Domini super Oolibam. [*al.* Oolibama quæ est Ierusalem.]

LXI. Vbi accepit Hierusalem bibendum calicem [*al. ad.*] exterminij pro idolis gladij.

LXII. Sermo Domini super Hierusalem & Samariam [*al. addit*, in vltione.]

LXIII. Sermo Domini super parabola Ollæ cum carnibus [*al. ad.*] succensæ, quæ est ciuitas sanguinum Samariæ pro idolis. [*al. verò.*] Parabolam Ollæ cum carnibus succensæ.

LXIV. De Domino Christo, qui se dixit veuisse. [*al.*] De Domino Christo præcipiens Prophetis non lugere.

LXV. Sermo Domini super filios Ammon. [*al. ad.*] quæ dominati sunt in terra Israel vltra modum.

LXVI. Sermo Domini super plaudentes manū, [*al. ad.*] & personantes pedes.

LXVII. Sermo Domini super Moab & Seir. [*al. ad.*] & Idumæam & Allophylos.

LXVIII. Sermo Dñi super Seir, [*al.* Afor. *leg.* Sor.] idest, Tyrū, [*al. ad.*] pro Ierusalem. [*al.*] Sermo Domini super Tyrum.

LXIX. Generationes cognationum & terrarum. [*al.*] Genera negotiationū & terrarum. [*al.*] De genere negotiationum Tyri.

LXX. Adhuc [de] cogitationibus [*al.* de generationibus. *leg.* negotiationibus] Tyri.

LXXI. Adhuc sermo Domini super Tyrum.

LXXII. Nomina lapidum pretiosiorum. [*al. ad.*] & diuitiæ datę homini ingrato & peccatori, ò Israel. [*al.*] De Principe Tyri ingrato.

V Sermo

r. al. sacrificauerint.

LXXIII. Sermo Domini super Sydonem. [al. ad.] qui iniuria afficit filios Israel.

LXXIV. Promissio Domini quòd de dispersione congregaret [al. ad. ad terram suam ex Gentibus] filios Israhel.

LXXV. Sermo Domini super Pharaonē Regem Aegypti, & super Aegyptum, quòd filios Israel affi. cerint.

LXXVI. Quòd quadraginta annis esset Aegyptus deserta [al. ad.] futura pro peccatis, & postea restituti.

LXXVII. Vbi tradidit Dominus terram Aegypti [al. ad] pro populo Israel Regi Nabuchodonosor in prædam.

LXXVIII. De Aegypto tradita.

LXXIX. Sermo Domini de ciuitatibus Aegypti exterminandis.

LXXX. Vbi tradidit Dominus Pharaonem Regem [al. ad.] Aegypti in manus Regis Babylonis occidendum. [al. Vbi tradidit Dominus Pharaonem Regem in manu Nabuchodonosor.].

LXXXI. Sermo Dñi adhuc super Pharaonē Regem Aegypti,[al ad.] & super Aegyptum.

LXXXII. De Gigantibus mortuis.

LXXXIII. Sermo Domini super populum vt à peccatis se abstineant,[al. ad.] & Speculatorem populi: vt [si] non distinxerint peccatori peccatum fugiendi, ipse pro eo teneatur: quòd si distinxerint, & non audierit eum; ille reus animæ suæ. [ſ]

ſ LXXXIV. *Nolo mortem morientis; sed vt reuertatur, & viuat.*

LXXXV. Iustum perdere iustitiam in die peccati; [al. ad.] & peccatorem saluari in die conuersionis illius. [al.] De iusto præuaricante, & peccatore conuertente.

LXXXVI. Sermo Domini super populum pro idolis, & adulterijs & ceteris peccatis.

LXXXVII. Sermo Domini super populum non credentem [al.ad.] verbis Prophetæ.[al.] Sermo Domini super populum hæreditatem verba Prophetæ; sed in canticum conuerterunt eos.

LXXXVIII. Sermo Domini super pastores populi negligentes. [al.] De Pastoribus negligentibus oues Domini.

LXXXIX. Sermo Dñi super oues & arietes [al. aa.] & hircos.

XC. De Domino Christo Pastore nouo [al. ad.] & Testamento pacis, & populo nouo nostro.

XCI. Sermo Domini super montem Seir. [al. ad] & de perditione eius, pro quo læsit populum Domini.

XCII. Sermo Domini super montes Israhel,[al ad.] quòd vindicati sunt.

XCIII. Quòd Dominus vindicauerit Israhel, & restitueret in terram suam, [al. ad.] & multi peccauerit.

XCIV. Quòd pro peccatis idololatriæ vindicatum sit in Israhel. [al.] Quòd peccatũ idololatriæ &c.

XCV. Promissio Domini quod recolligat populum Israhel ex dispersione [al. ad.] in terram suam; & sanctificatur in eis.

XCVI. De baptismi noui gratia; [al. ad.] quando baptizabuntur Iudæi. [al.] de Baptismo gratiæ & abundantia.

XCVII. Hortatur Dominus populum reuerti [al. ad.] à peccatis, & confundi in die mala, & reuerti ad Dominum.

XCVIII. Promittit Dominus integri restitutionem Iudæ in terra suæ [al. Iudæis in terram suam.] [al.] Vbi Dominus promittit restitutionem populo Israhel.

XCIX. De resurrectione mortuorum.

C. De Domino Christo quod [t] eum recepturi sint in nouissimis diebus: [al. ad.] & sanctificabitur in eis populus Domini.[al.] De Domino Christo quòd congregaturus est populum.

CI. Sermo Domini super Gog & Magog,

ſ. al. De speculatore dicit; & quòd nollet Deus mortem peccatoris, t. al. dixit eum &c.

Magog, [*al. ad.*] de interitu eorum pro populo Dei.

CII. Quòd in nouissimis diebus Gog & Magog.

u CIII. Conuocat Dominus volatilia cæli & bestias [u] campi vt edant carnes & bibant sanguinem.

x CIV. Positio Templi Dñi ostensa [x] Iezechiel Prophetæ. [*al.*] De ostensione Templi Domini.

CV. Custodes Aedis, & custodes Altaris filij Leui, [*al. ad.*] & filij Sadoch. [*al.*] De Sacerdotibus & Leuitis. De mensuris Templi.

CVI. Locus in Aede Domini, quò d non introeunt nisi Sacerdotes. [*al.*] De loco sancto, quòd non ingrediuntur nisi Sacerdotes.

CVII. Vbi vidit Propheta claritatem Domini.

CVIII. Vbi Dominus arguit Iudæos pro peccatis idolorum.

CIX. Dispositio domus Dei & altaris.

CX. De porta Domini clausa, per quam Dominus solus ingreditur [*al.* egressus est.]

y CXI. [y] Præcepta Dñi ne introeat aliquis de populo in Sancta Sanctorum.

z CXII. [z] Reprobat populum Dominus pro idolis.

CXIII. De Sacerdotibus & Leuitis sanctificatis.

CXIV. De immundo in anima quod est super mortuo.

CXV. Quòd Sacerdotibus non sit possessio cum filijs Israhel. [*al.*] De possessionibus Sacerdotum & Leuitarum.

CXVI. Demensio terræ, in qua Sancta [*al.*] De diuisione terræ, in qua sunt Sancta Sanctorum.

CXVII. De pondere iusto & mensura iusta [*al. ad.*] & ratione.

CXVIII. De vitulo propitiationis.

CXIX. De Pascha Domini mense nouorum [*al. ad.*] celebratione.

a CXX. [a] De sacramento Sabbati & Neomeniæ.

CXXI. [b] Quemadmodũ introeat populus adorare Dominum. b

CXXII. De voluntario Holocausto.

CXXIII. Sacerdotem [*lege*, Ducem] de sua hæreditate dimittere filijs.

CXXIV. Locus vbi Sacerdotes coquent sacrificia.

CXXV. Locus coquorum coquentium populo.

CXXVI. De aquis multis sibi ostensis.

CXXVII. Aquã Baptismi significauit.

CXXVIII. Desterminatio [*leg.* Determinatio] terræ, quam in hæreditate accepit Israel.

Expliciunt Capitula

in Iezechiel Propheta.

[*Codd. S. Petri num. 3. S. Pauli. Orat. B. vs. & Vatican. 4220.*]

Incipit Prologus

Hiezechielis Prophetæ.

HIezechiel Propheta cum Ioachim rege Iudæ captiuus ductus est in Babylonem. *&c. vsque.* hoc est phagolydoros, hoc est, manducans senecias [*al.* senctias.]

Explicit Prologus.

[*Codd. S. Petri num. 3. S. Pauli.*]

Incipit Hiezechiel Propheta.

I. c. 1. ℣. 1.

ET factum est in tricesimo anno, in quarto mense, in quinta die mensis.

II. c. 1. ℣. 15.

Cumque aspicerem animalia, apparuit rota vna super terram iuxta animalia.

III. c. 1. ℣. 26.

Et super firmamẽtũ quod erat imminens capiti eorum, quasi aspectus lapidis saffyri.

IV. c. 2. ℣. 1.

Fili hominis stá super pedes tuos rectos; & loquar tecum.

V 2 Et di-

u. *al.* terræ. x. Promissio Dñi quòd de dispersione migraret ad terram suam ex Gentibus filios Israhel. Expliciunt Capitula. y. Præcepit Dñs ne quis introeat de populo. z. *al.* Probat. a. *al.* Sacramentum. b. *al.* Quomodo ingrediebatur populus.

V. c.3.℣. 1.

Et dixit ad me: Fili hominis, quodcumq; inueneris comede. comede volumen istud.

VI. c.3.℣.17.

Fili hominis speculatorem dedi te domui Israhel; & audies de ore meo verbum.

VII. c.3.℣.22.

Et facta est super me manus Dñi; & dixit ad me. Surgens, egredere in campum.

VIII. c.4.℣.1.

Et tu fili hominis sume tibi lateré, & pones eũ corã te; & describes in eo ciuitatẽ Ier.

IX. c.4.℣.9.

Et tu sume tibi frumentum & hordeum & fabam & lentem & milium.

X. c.5.℣.1.

Et tu fili hominis sume tibi gladium acutum, radentem pilos. c.5.℣.5.

Hæc dicit Dominus Deus. Ista est Hierusalem. In medio gentium posui eam.

XI. c.5.℣.8.

Ideò hæc dicit Dñs Deus. Ecce ego ad te; & ipse ego faciã in medio tui iudicia in ocul.

XII. c.6.℣.1.

Et factus est sermo Dñi ad me, dicens. Fili hominis pone faciẽ tuã ad montes Israhel.

XIII. c.7.℣.12.

Venit tempus; adpropinquauit dies: qui emit, non lætetur.

XIV. c.7.℣.19.

Argentum eorum foris proijcietur; & aurum eorum in sterquilinium erit.

XV. c.7.℣.23.

Fac conclusionem: quoniam terra plena est iudicio sanguinum.

XVI. c.8.℣.1.

Et factũ est, in anno sexto, in sexto mense, in quinta mensis, ego sedebã in domo mea.

XVII. c.8.℣.8.

Et dixit ad me. Fili hominis, fodi parietem. & cùm perfodissem parietem.

XVIII. c.8.℣.14.

Et introduxit me per ostiũ portæ domus Domini, quòd respiciebat ad Aquilonem.

XIX. c.8.℣.16.

Et introduxit me in atrium domus Dñi interius. Et ecce in ostio Templi Domini.

XX. c.9.℣.2.

Et ecce sex viri veniebant de via portæ superioris, quæ respicit ad Aquilonem.

XXI. c.9.℣.8.

Et cæde completa, remansi ego; ruique super faciem meam.

XXII. c.10.℣.9.

Et dixit ad virum, qui indutus erat lineis; & ait. Ingredere in medio rotarum.

XXIII. c.10.℣.6.

Cũq; præcepisset viro qui indutus erat lineis, dicens. Sume ignem de medio rotarũ.

XXIV. c.11.℣.2.

Dixitque ad me. Fili hominis, hi viri, qui cogitant iniquitatẽ, & tractant consiliũ pess.

XXV. c.11.℣.22.

Et eleuauerunt Cherubim alas suas, & rotæ cum eis; & gloria Dei Isr. erat super ea.

XXVI. c.12.℣.1.

Et factus est sermo Dñi ad me, dicens. Fili hominis in medio domus exasperãtis tu hab.

XXVII. c.12.℣.17.

Et factus est sermo Dñi ad me, dicẽs. Fili hominis panẽ tuũ in cõturbatione comede.

XXVIII. c.12.℣.21.

Et factus est sermo Dñi ad me, dicens. Fili hominis, quod est prouerbiũ istud vobis?

XXIX. c.13.℣.1.

Et factus est sermo Dñi ad me, dicens. Fili hominis vaticinare ad Prophetas Isr.

XXX. c.13.℣.17.

Et tu fili hominis pone faciẽ tuã cõtra filias populi tui, quæ prophetãt de corde suo.

XXXI. c.13.℣.20.

Propter hoc hæc dicit Dñs Deus. Ecce ego ad puluillos vestros, quibus vos capitis.

XXXII. c.14.℣.2.

Et factus est sermo Dñi ad me, dicens. Fili hominis, viri isti posuerunt immunditias.

XXXIII. c.14.℣.6.

Propterea dic ad domum Israel. Hæc dicit Dñs. Conuertimini & recedite ab idolis.

XXXIV. c.14.℣.9.

Et Propheta cũ errauerit, & locutus fuerit verbum; ego Dñs decepi prophetam illum.

XXXV. c.14.℣.12.

Et factus est sermo Dñi ad me, dicens. Fili hominis, terra cùm peccauerit mihi.

XXXVI. c.15.℣.1.

Et factus est sermo Dñi ad me, dicens. Fili hominis, quid fiet ligno vitis ex õnibus lig?

XXXVII. c.16.℣.1.

Et factus est sermo Dñi ad me, dicens. Fili hominis notas fac Hierusalẽ abhominat.

XXXVIII. c.16.℣.45.

Mater vestra, Cethæa; & pater vester, Amorrhæus; & soror tua maior, Samaria.

XXXIX. c.16.℣.48.

Viuo ego, dicit Dñs Deus: quia non fecit Sodo-

Sodoma soror tua ipsa & filiæ eius.

XL. c.16. ℣.59.

Quia hæc dicit Dñs Deus. Et faciam tibi sicut despexisti iuramentū, vt irritum faceres.

c.17. ℣.1.

Et factum est verbum Domini ad me, dicens. [Fili hominis propone ænigma; & narra parabolam ad domum Israel.]

XLI. c.17. ℣.11.

Et factū est verbū Dñi ad me dicens. Dic ad domū exasperantē, Nescitis quid ista sig?

XLII. c.17. ℣.22.

Hæc dicit Dñs Deus. Et sumā ego de medulla cedri sublimis; & ponā de vertice rā.

XLIII. c.17. ℣.24.

Humiliaui lignum sublime: & exaltaui lignum humile.

XLIV. c.18. ℣.1.

Et factus est sermo Domini ad me, dicēs. Quid est quod inter vos parabolam vertitis?

XLV. c.18. ℣.21.

Si autē impius egerit pœnitentiā ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est.

XLVI. c.18. ℣.24.

Si autem auerterit se iustus à iustitia sua; & fecerit iniquitatem.

XLVII. c.18. ℣.25.

Audite domus Israhel. Numquid via mea non est æqua? & nō magis viæ vestræ prauæ?

[*in al. verò sic incipit*] c.18. ℣.30.

Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris: & non erit vobis in ruinam.

XLVIII. c.19. ℣.1.

Et tu fili hominis assume plāctū super principes Isr. & dices. Quare mater tua læna?

XLIX. c.20. ℣.1.

Et factum est, in anno septimo, in quinto mense, in decima mensis venerūt viri de sen.

L. c.20. ℣.27.

Quamobrem loquere ad domum Israhel fili hominis, & dices ad eos. Hæc dicit Dñs Deus. Adhuc & in hoc blasphemauerunt.

LI. c.20. ℣.40.

In monte sancto meo, in monte excelso, ait Dominus Deus, ibi seruiet mihi omnis domus Israhel.

c.20. ℣.45.

Et factus est sermo Domini ad me, dicens. Fili hominis pone faciem tuam contra viam Austri; & stilla ad Africum.

LII. c.21. ℣.1.

Et factus est sermo Dñi ad me, dicens. Fili hominis pone faciem tuam ad Hierusalem.

LIII. c.21. ℣ 8.

Et factus est sermo Dñi ad me, dicens. Fili hominis, propheta, & dices. Hæc dicit Dñs Deus loquere. Gladius, gladius exacutus est.

LIV. c. 21. ℣. 18.

Et factus est sermo Domini ad me dicens. Et tu fili hominis pone tibi duas vias.

[*in al. verò sic incipit*]. c.21. ℣.28.

Et tu fili hominis, propheta, & dic. Hæc dicit Dñs Deus ad filios Ammon, & ad opprobrium eorum: & dices. Mucro, mucro euagina te ad occidendum.

LV. c.22. ℣.1.

Et factū est verbū Dñi ad me, dicēs. Et tu fili hominis num iudicas ciuitatē sanguinū?

LVI. c.22. ℣.6.

Ecce principes Israhel singuli in brachio suo fuerunt in te ad effundendū sanguinem.

LVII. c.22. ℣.17.

Et factū est verbū Dñi ad me, dicens. Fili hominis, versa est mihi domus Isr. in scoriā.

LVIII. c.22. ℣.23.

Et factū est verbū Dñi ad me, dicens. Fili hominis dic ei. Tu es terra immunda.

LIX. c.23. ℣.1.

Et factus est sermo Dñi ad me, dicēs. Fili hominis, duæ mulieres filiæ matris vnius.

LX. c.23. ℣.22.

Propterea ò Oliba, hæc dicit Dñs Deus. Ecce ego suscitabo omnes amatores tuos.

LXI. c.23. ℣.32.

Hæc dicit Dñs Deus. Calicem sororis tuæ bibes, profundum & latum.

LXII. c.23. ℣.46.

Hæc enim dicit Dñs Deus. Adduc ad eas multitudinem; & trade eas in tumultum.

LXIII c.24. ℣.3.

Hæc dicit Dominus Deus. Pone ollam; pone (inquam) & mitte in eam aquam.

LXIV. c.24. ℣.14.

Ego Dñs locutus sum: veniet; & faciam. Non transeam; nec parcam; nec placabor.

LXV. c.25. ℣.1.

Et factus est sermo Dñi ad me, dicēs. Fili hominis pone faciē tuam contra filios Am.

LXVI. c.25 ℣ 6.

Quia hæc dicit Dñs Deus. Pro eo quod plausisti manu; & percussisti pede; & gauisa es.

LXVII. c.25. ℣.8.

Hæc dicit Dñs Deus. Pro eo quod dixerunt Moab & Seir. Ecce sicut omnes gentes,

Et si-

LXVIII. c.26.℣.1.

Et factũ est, in vndecimo anno, prima mensis factus est sermo ad me, dicens. Fili hominis, pro eo quòd dixit Tyrus de Hierusalem.

LXIX. c.26.℣.15.

Hæc dicit Dñs Deus Tyro. Nũquid non à sonitu ruinæ tuæ & gemitu interfectorum?

LXX. c.27.℣.12.

Chartaginenses negotiatores tui à multitudine cunctarũ diuitiarum, argento, ferro.

LXXI. c.28.℣.1.

Et factus est sermo Dñi ad me, dicẽs. Fili hominis dic principi Tyri. Hæc dicit Dñs.

LXXII. c.28.℣.11.

Et factus est sermo Dñi ad me, dicens. Fili hominis leua planctum super regem Tyri.

LXXIII. c.28.℣.20.

Et factus est sermo Dñi ad me, dicens. Fili hominis pone faciem tuã contra Sidonem.

LXXIV. c.28.℣.25.

Hæc dicit Dñs Deus. Quãdo cõgregauero domũ Isr. de populis, in quibus dispersi sunt.

LXXV. c.29.℣.1.

In anno decimo, in decimo mense, vndecima die mensis, factũ est verbũ Dñi ad me.

LXXVI. c.29.℣.8.

Ecce ego adducam super te gladium; & interficiam de te hominem & iumentum.

LXXVII. c.29.℣.17.

Et factũ est, in vicesimo & septimo anno, in primo, in vna mẽsis factũ est verbũ Dñi.

LXXVIII. c.30.℣.1.

Et factũ est verbũ Dñi ad me, dicens. Fili hominis propheta, & dic. Hæc dicit Dñs.

LXXIX. c.30.℣.13.

Hæc dicit Dñs Deus. Et disperdã simulacra; & cessare faciam idola de Memphis.

LXXX. c.31.℣.10.

Propterea hæc dicit Dominus Deus. Pro eo quod sublimatus est in altitudine.

LXXXI. c.32.℣.1.

Et factum est, in duodecimo anno, in mẽse duodecimo, in vna mẽsis factũ est verbũ Dñi.

LXXXII. c.32.℣.17.

Et factũ est, in duodecimo anno, in quinta decima mẽsis factũ est verbũ Dñi ad me.

LXXXIII. c.33.℣.1.

Et factũ est verbũ Dñi ad me, dicens. Fili hõinis loquere ad filios populi tui; & dices.

LXXXIV. c.33.℣.11.

Viuo ego, dicit Dñs Deus. Nolo mortem impij; sed vt reuertatur impius à via sua.

LXXXV. c.33.℣.12.

Iustitia iusti non liberabit eum, in quacumque die peccauerit.

LXXXVI. c.33.℣.23.

Et factũ est verbũ Dñi ad me, dicens. Fili hominis, qui habitant in ruinosis super hum.

LXXXVII. c.33.℣.30.

Et tu fili hominis, filij populi tui qui loquuntur de te iuxta muros.

LXXXVIII. c.34.℣.1.

Et factũ est verbũ Dñi ad me, dicens. Fili hominis propheta de Pastoribus Israhel.

LXXXIX. c.34.℣.17.

Vos autẽ greges mei, hæc dicit Dñs Deus. Ecce ego iudico inter pecus & pecus arietũ.

XC. c.34.℣.20.

Propterea hæc dicit Dñs Deus ad eos. Ecce ipse ego iudico inter pecus pingue & mac

XCI. c.35.℣.1.

Et factus est sermo Dñi ad me, dicẽs. Fili hominis pone faciẽ tuã aduersũ mõtẽ Seir.

XCII. c.36.℣.1.

Tu autem fili hominis propheta super montes Israhel, & dices. Montes Israel.

XCIII. c.36.℣.6.

Hæc dicit Dominus Deus. Ecce ego in zelo meo & in furore meo locutus sum.

XCIV. c.36.℣.16.

Et factũ est verbũ Dñi ad me, dicens. Fili hominis, domus Israhel habitauerũt in dom.

XCV. c.36.℣.22.

Idcirco dices domui Israhel. Hæc dicit Dominus Deus. Non propter vos ego faciam, domus Israhel.

XCVI. c.36.℣.25.

Et effundã super vos aquã mundã; & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.

XCVII. c.36.℣.31.

Et recordabimini viarum vestrarum pessimarum, studiorumque non bonorum.

[*in al. verò incipit.*] c.36.℣.32.

Notum sit vobis: confundimini; & erubescite.

XCVIII. c.36.℣.33.

Hæc dicit Dñs Deus. In die, qua mundauero vos ex omnibus iniquitatibus vestris.

XCIX. c.37.℣.1.

Et facta est super me manus Domini; & eduxit me in spiritu Domini.

C. c.37.℣.15.

Et factus est sermo Dñi ad me, dicens. Et tu fili hominis sume tibi lignum vnum.

Et

CI. c.38. ℣.1.
Et factus est sermo Dñi ad me, dicens. Fili hominis pone faciem tuam contra Gog.
CII. c.39. ℣ 1.
Tu autem fili hominis vaticinare aduersùm Gog; & dices.
CIII. c.39. ℣.17.
Tu ergo fili hominis, hæc dicit Dñs Deus. Dic omni volucri & vniuersis auibus.
CIV. c.40. ℣.1.
In vicesimo & quinto anno transmigrationis nostræ, in exordio anni.
CV. c.40 ℣.45.
REgulæ sunt hæ, sub quibus significationibus nominum ad quas Tribus per Prophetas sermo Domini dirigatur. Quotiescumque ad decem Tribus tenditur Prophetia; sub his nominibus designantur, idest, *Ephraim, Samariâ, Israhel, Ioseph, Iesrahel, Bethel, & Bethaben*, & interdum

Iacob.

Iacob. Quando autem ad duas loquitur Tribus, sub his nominibus sermo præfertur, id est, *Iuda, Israhel, Beniamin, Domus Dauid*, & interdum *Iacob*: aliquotiens autem *Israhel* ad totas xii. Tribus refertur.

[*Cod. Orat. D. viij.*]

Item aliud.

Prologus Osee Prophetæ.

DVplex est apud Hebræos sententia de his quatuor versibus, qui in capite sunt prænotati. Plerique enim dicunt, quòd ab Esdra Scriba in omnibus Prophetis sic fuerit titulatum; vt præscripto vniuscuiusque nomine propheta cuius sit sequens noscatur. Ipse autem Ezras qui vltimus Prophetarum scribitur, Malachiæ nomine. Alij verò dicunt quòd ab ipsis Prophetis per Spiritum Sanctum, vt cætera, sunt conscripta.

[*Cod. Orat. B. vij.*]

Incipit Argumentum.

OSee crebro nominat Effraim, Samariā, Ioseph, Hiezrahel, & vxorem fornicariam, & fornicationis filios, & adulteram cubiculo clausam, mariti multo tempore sedere viduam, & sub veste lugubri viri ad se reditum præstolari.

[*Cod. Orat. D. viij.*]

Item Capitula.

I. DE vxore fornicaria, quam à Domino Propheta iubetur accipere, & de populo peccatore & ad nos castigando.

II. Ammonetur populus à malis recedere: ne diuersas, quas interminatur Dominus, suscipiat vltiones.

III. De idolorum destructione perpetua. & de Christi Ecclesia construenda.

IV. Iubetur adhuc Prophetæ populos monere ne peccent: quorum aliqui quidem reditum cùm promissione dicuntur ad Dominum.

V. Sacerdotibus & domui Israhel pro peccatis cladem venire pronuntiat: & misericordiam Dei pœnitentibus pollicetur.

VI. Diuersa mala referūtur Israhel: quos nimiam famem passuros, & post hæc dicit Assyrijs esse tradendos.

VII. Adhuc peccata referantur Israel; & vltio in eos per ira Domini processura narratur.

VIII. Per pœnitentiam & damnationem malorum actuum Israel reuerti monetur ad Dominum.

Incipit Liber Osee Prophetæ.

I. c. 1. ℣. 1.

VErbum quod factum est ad Osee filium Beeri, in diebus Oziæ, Ioathan.

II. c. 1. ℣. 10.

Et erit numerus filiorū Israhel quasi arena maris, quæ sine mensura est.

III. c. 2. ℣. 16.

Et erit, in die illo, ait Dñs, vocabit me, Vir meus; & non vocabit me vltra, Baalim.

IV. c. 3. ℣. 1.

Et dixit Dñs ad me. Adhuc vade dilige mulierem dilectam amico tuo, & adulteram.

V. c. 5. ℣. 1.

Audite hæc Sacerdotes; & adtēdite domus Israel; & domus Regis auscultate: quia.

VI. c. 7. ℣. 1.

Cùm sanare vellem Israhel, reuelata est iniquitas Ephraim, & malitia Samariæ.

VII. c. 11. ℣. 12.

Circūdedit me in negotiatione Ephraim; & in dolo domus Israel: Iudas autem.

VIII. c. 14. ℣. 2.

Conuertere Israhel ad Dominum Deum tuum: quoniam corruisti in iniquitate tua.

Explicit Osee Propheta.

[*Cod. Orat. B. vij. & D. viij.*]

Incipit Prologus S. Hieronymi Presbyteri in Iobelem Prophetam.

In hoc

Cod. Orat. D. viij.]

IN hoc Propheta ideircò nec reges, nec tempora sunt prænotata; quia iisdem temporibus ac regibus, quibus Osee prophetauerat, & ipse prophetauit. Ex tribus generibus rethorum sumuntur principia; & tres sunt argumentorum partes, ex quibus incipere solet orator: aut enim docibiles, aut beneuolos, aut attentos auditores solet efficere. hic enim Propheta rectè à magnitudine cladis sumens principium, eosque qui audituri erant volens ad pœnitentiam prouocare reddidit intentos; ammirans futurum malum, vt considerantes venturam cladis asperitatem, ocyus arriperent pœnitentiam.

[Codd. Orat. D. viij. & B. vij.]

Item alius Prologus S. Hieronymi Presbyteri in Iohelem Prophetam.

IOhel filius Patuhel describit terram duodecim Tribuum, eruca, bruco, locusta, rubigine vastante consumptam; & post
a [a] reuersioné prioris populi, effudi Spiritum Sanctum super seruos Dei & ancillas, id est, super centum viginti credentes homines, qui fuere in cœnaculo Syon. qui centum viginti, ab vno vsque ad c. per xv. paulatim & per incrementa surgentes, quindecim Graduum numerum efficiunt, qui Psal-
b terio mysticè [b] continentur.

Explicit Prologus

[Cod. Orat. D. viij.]

Incipiunt Capitula

I. DE fame & bellis & vastatione quas passurus Israel, verbis Propheticis ammonetur.

II. De his quæ ventura sunt in nouissimis temporibus super infideles dicit; & de futuro iudicio.

III. De congregatione futuri populi fidelis, & diaboli destructione, Sanctorumque æterna beatitudine prophetatur.

IV. De Sancto Spiritu quem erant Apostoli percepturi: & de prodigijs nouissimi temporis, & salute fidelium.

V. De vniuersis gentibus infidelibus populus Domini promittitur vindicandus, & beatitudine atque perpetua amœnitate lætari.

Expliciunt Capitula.

Incipit Iohel Propheta.

I. c. 1. ℣. 1.
VErbum quod factum est ad Iohelem filium Phatuhel. Audite hoc senes.
II. c. 2. ℣. 1.
Canite tuba in Syon; vlulate in monte sancto meo; cōturbentur omnes habitatores.
III. c. 2. ℣. 15.
Canite tuba in Syon; sanctificate ieiuniū; vocate cœtum; congregate populum.
IV. c. 2. ℣. 28.
Et erit post hæc: effundā Spiritum meum super omnem carnem: & prophetabunt.
V. c. 3. ℣. 9.
Clamate hoc in gentibus, sanctificate bellum; suscitate robustos; accedant, accedant.

Explicit Iohel Propheta.

[Codd. Orat. D. viij. B. vij.]

Incipit Prologus S. Hieronymi Presbyteri in Amos Prophetam.

AMos pastor & rusticus & ruborum mora destringens, paucis verbis explicari non potest. Quis enim dignè exprimat tria, & quatuor scelera Damasci, Gazæ, Tyri, Idumææ, filiorum Ammon, & Moab. & in septimo octauoque gradu Iudæ & Israhel? hic loquitur ad vaccas pingues, quæ erant in monte Samariæ. & ruituram domum maiorem

a. al. euersionem. b. al. continetur.

iorem minoremque testatur ipse cernit; fictorem locustæ. & testantem Dominum super murum litum vel Adamantinum. & vncinum pomorum attrahentem supplicia peccatoribus, & famem in terra. non famem panis. neque sitim aquæ. sed audiendi verbum Dei.

Hucusque Prologus.

HIc Amos speciali gratia plenus, prophetauit inter cæteros Prophetas: Nõ enim solus ipse erat Prophetes, sed etiam diuersi. esse quippe non poterat Prophetes nisi pastor anteafuisset, qui etiam tuba sua clangit, per singulos dies erudiens & docens in Ecclesia. In veritate enim vox omnium Prophetarum tãquam tuba specialis est prædicans in Ecclesia; secundùm quod scriptum est; *Ascende in montem excelsum tu qui euangelizas Syon; exalta vocem tuam qui prædicas Ierusalem.*

Explicit Prologus.

[*Cod. Orat. D. viij.*]

Incipiunt Capitula

I. DE temporibus Prophetæ Amos. de indignatione Domini quæ sit infidelibus adfutura.

II. Gentibus quæ numerantur, & Israhel delinquenti dicit tertiò miserendum: vltionibus verò nec conuersionẽ eis concedendam fore nec veniam.

III. De increpatione populi Israel Gentilium, & idololatria.

IV. Pro idolorum cultura Dominus fidelibus minatur interitum.

V. Domini indignatio promissa, ad pænitentiã peccatores hortatur, & idolorum damnare culturam.

VI. Delicta referuntur eorum qui spernentes mandata Domini, idolorum culturæ deseruiunt: quibus ventura mala prophetantur.

VII. Propter scelera populi Dominũ Propheta prædicat, cui Dominus respondit, & idola destruẽda, & templa subuertenda sacraria.

VIII. De indignatione Domini, quæ super impijs nouissimo tempore sit futura.

IX. Relinquentes Dominum, & idolorum culturæ seruientes, commemorat qualia sunt passuri.

X. De futura dicit congregatione fidelium, de conferenda affluentia præmiorum.

Expliciunt Capitula.

Incipit Amos Propheta.

I. c. 1. ỽ. 1.
VErba Amos qui fuit in pastoralibus de Thecue; quæ vidit super Israel.
II. c. 1. ỽ. 3.
Hæc dicit Dñs. Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertã eũ.
III. c. 3. ỽ. 1.
Audite verbum quod locutus est Dñs super vos filij Israel, super omni cognatione.
IV. c. 4. ỽ. 1.
Audite verbum hoc vaccæ pingues, quæ estis in mõte Samariæ, quæ calumniã facitis.
V. c. 5. ỽ. 1.
Audite verbum istud; quod ego leuo super vos planctum. Domus Israel.
VI. c. 5. ỽ. 18.
Væ desiderãtibus diem Dñi! ad quid eam vobis? dies Dñi illa, tenebræ & non lux.
VII. c. 7. ỽ. 4.
Hæc ostẽdit mihi Dominus Deus. Et ecce vocabit iudicium ad ignem Dominus Deus.
VIII. c. 7. ỽ. 10.
Et misit Amasias Sacerdos Bethel ad Ieroboam regẽ Israel, dicens. Reuelauit cõtra te.
IX. c. 8. ỽ. 11.
Ecce dies veniunt, dicit Dñs; & emittam famem in terram, non famem panis.
X. c. 9. ỽ. 11.
In die illa suscitabo tabernaculũ Dauid, quod cecidit; & reædificabo aperturas mur.

Explicit Amos Propheta.

[Codd.

[Codd. Orat. D. viij. & B. vij.]

Incipit Prologus B. Hieronymi Presbyteri in Abdias Propheta.

ABdias qui interpretatur *Seruus Domini* pertonat contra Edom sanguineum terrenumque: fratris Iacob quoque semper æmulum hasta percutit spiritali.

Explicit Prologus.

[Cod. Orat. D. viij.]

Item Capitula.

ARguuntur illi qui populum Domini persequentes, eum dicebant virtute propria subiugatum, simul & persequentium pœna, & populi Domini præmia referuntur.

Incipit Abdias Propheta.

VIsio Abdiæ. Hæc dicit Dominus Deus ad Edom. Auditum audiuimus à Domino.

[Codd. Orat. D. viij. & B. vij.]

Incipit Prologus in Libro Ionæ Prophetæ.

IOnas interpretatur *Columba* pulcherrima. naufragio suo Passionem Domini præfigurans, Mundum ad pœnitentiam reuocat: & sub nomine Niniue, salutem Gentibus denuntiat.

[Cod. Orat. D. viij.]

Item Cap.

I. DE Iona misso Niniue, orta nauigij tempestate.

II. De Niniuitarum pœnitentia, & Domini misericordia subsecuta.

Incipit Liber.

I. c. 1. ℣. 1.

ET factum est verbum Domini ad Ionam filium Amathi, dicens, Surge.

II. c. 1. ℣. 5.

Et Ionas descendit ad interiora nauis; & dormiebat sopore graui:& accessit ad eũ gu.

III. c. 2. ℣. 3.

Clamaui de tribulatione mea ad Dñm;& exaudiuit me; de ventre inferni clamaui.

IV. c. 2. ℣. 11.

Et præcepit Dominus pisci: & euomuit Ionam in aridam.

Et factum est verbum Domini ad Ionam secundò &c.

Explicit Ionas Propheta.

[Codd. Orat. D. viij. & B. vij.]

Incipit Prologus B. Hieronymi Presbyteri in Libro Michææ Prophetæ.

MIchæas de Morasthithen, cohæres Christi, vastationem annuntiat filiæ latronis: & obsidionem ponit contra eam; quia maxillam percusserit Iudicis Israhel.

Explicit Prologus.

[Cod. Orat. D. viij.]

Item Cap.

I. PRopter idololatriam Samariæ, & præuaricationem, populi Israhel, captiuitatem & interitum eis venturum Propheta prænuntiauit.

II. Super Prophetas, Sacerdotes, & Principes qui ad similitudinem idolorum culturæ seruiebant, indignatio Domini ventura prædicitur.

III. De noua Ierusalem prophetat: qui subiugati sunt Gentibus in ea regnaturi cum Domino.

 De re-

IV. De regno Dom ni Christi futuro, de vindicta Gentil um, & filiorum purificatione populorum.

V. Enumeratio beneficiorū Domini Israhel. respuens eius sacrificia, & mandata virtutum potius monet esse seruanda.

VI. De lamentatione Michææ pro interitu populi. de pœnitentia eorum, & misericordia secutura. & de infidelium destructione.

VII. Nouissimis temporibus fidelibus congregatis ad præmia, Gentes adnichilanda esse pronuntiat, Sanctique in æternitate mansuris.

Expliciunt Capitula.

Incipit Liber Michææ Prophetæ.

I. c.1. ℣.1.
VErbum Dñi quod factum est ad Micheā Morasthiten, in diebus Ioathan.

II. c.3. ℣.5.
Hæc dicit Dominus super Prophetas qui seducunt populum meum; qui mordent.

III. c.4. ℣.1.
Et erit in nouissimo die; & erit mons domus Dñi præparatus in vertice montium.

IV. c.5. ℣.2.
Et tu Bethleem Effratha, paruulus es in millibus Iuda: ex te enim egredietur Dux.

V. c.6. ℣.1.
Audite quæ Dominus loquitur. Surge, contende iudicio aduersùm montes.

VI. c.7. ℣.1.
Væ mihi! quia factus sum sicut qui colligit in autumpno racemos vindemiæ.

VII. c.7. ℣.14.
Pasce populum tuum in virga tua, gregem hæreditatis tuæ, habitantes solos in saltu.

[*Codd. Orat. D. viij. B. vij.*]

Prologus in Naum Propheta.

NAum *Consolator* Orbis interpretatur: increpat ciuitatem sanguinum, & post euersionem illius loquitur. *Ecce super montes pedes euangelizantis & prædicantis pacem.*

Eplicit Prologus.

[*Cod. Orat. D. viij.*]

Item Cap.

N Iniuitæ prohibentur peccare; quatinus per pœnitentiā liberentur: Niniue verò ab Assyrijs vertenda prædicitur.

Incipit Naum Propheta.

ONus Niniue. Liber visionis Naum Helfesei. Deus æmulator, & vlciscens Dominus in hostes suos.

Explicit Liber.

[*Codd. Orat. D. viij. & B. vij.*]

Incipit Prologus B. Hieronymi Presbyteri in Libro Abacuc Prophetæ.

ABbacuc luctator fortis & rigidus, stat super custodiam suam; & figit gradum super munitionem, vt Christum in cruce contempletur, & dicat. *Operuit cælos gloria eius; & laudis eius plena est terra. splendor eius vt lux erit; cornua in manibus eius ibi absconditta est fortitudo eius.*

Explicit Prologus.

[*Cod. Orat. D. viij.*]

Item Cap.

I. DE iniquitate Israelitici populi ad Deum Prophetæ ela-

clamante, Chaldæorum gens in eorum vindicta dicitur excitanda.

II. Propter populi peccata indignatione Domini excitatis, Gētibus ciuitatem & populum dicit esse periturum.

Incipit Abbacuc Propheta.

I. c.1. ✠. 1.

ONus quod vidit Abbacuc Propheta. Vsquequo Dñe clamabo;& nō exau?

II. c.2 ✠. 9.

Væ qui congregat auaritiam malā domui suæ, vt sit in excelso nidus eius!

III. c.3. ✠.1.

Oratio Abacuc Prophetæ pro ignorationibus.

Domine audiui auditum tuum; & timui: consideraui opera tua; & expaui.

Diapsalma. Operuit cælos gloria eius; & laudis eius plena est terra. Splendor eius.

Diapsalma. Fluuios scindes terræ: viderunt te, & doluerunt montes.

Diapsalma. Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius, venientibus vt turbo.

[*Codd. Orat. D.viij. & B. vij.*]

Incipit Prologus in Libro Sophoniæ Prophetæ.

SOphonias speculator & arcanorum Domini cognitor, audiuit clamorem à Porta piscium, & vlulatus à Secunda, & contritionem à collibus. Indicit quoq; vlulatum habitatoribus Pilæ: quia conticuit omnis populus Chanaan, disperierunt vniuersi qui inuoluti erant argento.

Explicit Prologus.

[*Cod. Orat. D. viij.*]

Item Cap.

DE reuersione populi post captiuitatem Chaldæorū, & Templi renouatio, & ædificatio ciuitatis, & obseruantia Sacerdotum, & Gentium destructione prophetatur.

Incipit Liber Sophoniæ.

VErbum Domini quod factum est ad Sophoniam filium Chusi, filij Godoliæ.

Explicit Sophonias.

[*Codd. Orat. D. viij. & B. vij.*]

Incipit Prologus B. Hieronymi Presbyteri in Libro Aggæi Prophetæ.

AGgæus festinus & lætus, qui seminauit in lachrymis, vt in gaudio meteret; destructum Templum ædificat, Deumque patrem inducit loquentem. *Adhuc vnum modicum; & ergo mouebo cælum & terram, mare & aridam; & mouebo omnes gentes; & veniet Desideratus cunctis Gentibus.*

Explicit Prologus.

[*Cod. Orat. D. viij.*]

Item Cap.

DE reuersione populi, & captiuitate Chaldæorum, & Templi ædificatione, & renouatione ciuitatis, & obseruantia Sacerdotū, & Gentium discretione prophetatur.

Incipit Aggæus Propheta.

IN anno secundo Darij Regis Persarum, in mense sexto, in die vna mensis, factum est verbum Domini in manu Aggæi Prophetæ.

Explicit Aggæus Propheta.

[*Codd.*

[*Codd. Orat. D. vij. & B. vij.*]

Incipit Prologus B. Hieronymi Presbyteri in Libro Zachariæ Prophetæ.

ZAcharias *Memor* Domini sui, multiplex in prophetia, Iesum indutum vestibus sordidis, & lapidem oculorum septem, candelabrumq; aureum cum totidem lucernis quot oculis; duas quoque oliuas à sinistris lampadis cernit & à dextris; vt post equos rufos varios albos, & dissipatas quadrigas ex Ephraim, & equum de Ierusalem, pauperem Regem vaticinetur & prædicet, sedentem super pullum filium asinæ subiugalis.

Explicit Prologus.

[*Cod. Orat. D. vij.*]

Item Prologus S. Hieronymi Presbyteri in Zachariam Prophetam.

SEcundo anno Darij Regis Medorum, Aggæũ & Zachariã prophetasse lectiones eorũdem declarant &c. [*vsque.*] Cuius exempli, qvia præsens populus aliquam partem in se retinere videbatur; libaratio eiusdem ac reditus captiuitatis de terra Chaldæorum per noctem Prophetæ est reuelata profectus est.

Item Cap.

Incipit Zacharias Propheta.

I. c.1. ℣.1.

IN mense octauo, in anno secundo Darij, factum est verbũ Dñi ad Zachariã.

II. c.1. ℣.7.

In die vigesima & quarta vndecimi mensis Sabatth, in anno secundo Regis Darij.

III. c.1. ℣.18.

Et leuaui oculos meos; & vidi. & ecce quatuor cornua: & dixi ad Angelũ qui loqueba.

IV. c.3. ℣.8.

Audi Iesu Sacerdos magne, tu & amici tui qui habitãt coram te, quia viri portẽdentes.

V. c.5. ℣.9.

Et leuaui oculos meos; & vidi & ecce duæ mulieres egrediẽtes; & spiritus in alis earũ.

VI. c.6. ℣.9.

Et factum est verbum Dñi ad me, dicens. Sume à trãsmigratione à Voldai, & à Tobia.

VII. c.7. ℣.1

Et factũ est in anno quarto Darij Regis, factũ est verbũ Dñi ad Zachariã in quarta.

VIII. c.8. ℣.1.

Et factũ est verbũ Dñi exercituũ, dicens. Hæc dicit Dñs exercituũ. Zelatus sum Syon.

IX. c.8. ℣.18.

Et factum est verbum Dei exercituum ad me,

ad me, dicens. Hæc dicit Dñs exercituum. Ieiunium quarti.

X. c.9. ℣.1-
Onus verbi Dñi in terra Adrach & Damasci requiei eius: quia Dñs est oculus hō.

XI. c.9. ℣.9.
Exulta satis filia Syon; iubila filia Ierusalē: ecce rex tuus veniet tibi, Iustus, & Salu.

XII. c.11. ℣.1.
Aperi Libane portas tuas; & comedat ignis cedros tuas: vlula abies;quia cecidit.

XIII. c.12. ℣.1.
Onus verbi Dñi super Israel. Dixit Dñs extendens cælum & fundans terram.

Explicit Zacharias Propheta.

[Codd. Orat. D.vij. & B.vij.]

Incipit Prologus S. Hieronymi Presbyteri in Malachiam Prophetam.

DEus per Moysen populo Israel præceperat, Sacerdotes Tabernaculi sui omni corporali vitio liberos &c. [vsque.] Nam reliqua quæ lectione comprehensa sunt, præuaricationem populi Israel in obseruandis sacrificijs Dei, increpationemque in eumdem qui deos alienos coluerunt, significant.

Explicit Prologus

Item alius Prologus.

MAlachias apertè & in fine omnium Prophetarum de abiectione Israel, & vocatione Gentiū. *Non est mihi, ait, voluntas in vobis, dicit Dñs exercituum: & munus non suscipiam de manu vestra: ab ortu enim Solis vsque ad occasum, magnum est Nomen meum in Gentibus; & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo Oblatio munda.*

Explicit Prologus.

[Cod. Orat. D. vij.]

Incipiunt Capitula.

I. INcrepantur populus Israel cur Sacerdotes haberēt corpore vitiosos, & deos colerent alienos.

II. De Angelo, id est, Helia, qui in sæculi fine venturus est, & Domini futuro iudicio.

III. Referuntur qui alia sint in die iudicij impiorum futura supplicia, & præmia perpetua beatorum.

Explic. Cap.

Incipit Liber.

ONus verbi Domini ad Israhel in manu Malachiæ Prophetæ. Dilexi vos, dicit Dominus.

[Cod. Orat. B. vj.]

Prophetarum III. DCCC. Versi sunt.

[hoc est, 3800.]

[Codd. Vatic. 4221. & Orat. F.71.]

Incipit Argumentum Lib. Machabæorum.

[al.] *Prologus in Libros Machabæorum.*

MAchabæorum libri duo prænotant prælia inter Hebræos duces, gentemque Persarum, pugnam quoque Sabbathorum, & nobilis Machabæi ducis triumphos; ex cuius nomine & libri idem sunt nuncupati. Hæc quoque historia continet etiam inclyta illa gesta Machabæorum fratrum, qui sub Antiocho Rege pro sacris Legibus dira tormenta perpessi sunt: quos mater pia cùm diuersis supplicijs vrgerentur, non fleuit; sed & gaudens hortabatur ad gloriam passionis.

Explicit Prologus.

[Codd. Orat. B. vj. B. vij. Vat. 4221. & S. Pauli.]

Inci-

Incipiunt Capitula Libri Primi Machabæorum.

I. VBi euersa Hierusalem, consenserunt Iudæi edicto Regis sacrificare idolis.

II. Vbi Lex Dei exusta est iussu Regis Antiochi, populo sacrificante idolis.

III. De Mathathia & filijs eius lamentantibus [a] populum Hierusalem.

IV. Vbi ministri Regis cùm cogerent Mathathiam sacrificare, non fecit: & interficit sacrificantem.

V. Vbi Iudæi qui non sacrificauerunt, fugientes, in deserto occisi sunt.

VI. Vbi Mathatias cum filijs suis occidit persecutores, & aras euertit.

VII. Vbi Mathathias moriens admonet filios suos.

VIII. Vbi surrexit Iudas post mortem Mathathiæ defendere Israel.

IX. Vbi Iudas occidit Apollonium & Seron principem exercitus Syriæ.

X. Vbi Antiochus congregat exercitum contra Iudam. & de actibus Lisiæ, & victoria Iudæ.

XI. Vbi veniens Lisias amicus Antiochi cum exercitu, à Iuda debellatus est.

XII. Vbi Iudas [b] purificat Templũ ab immunditijs Gentium.

XIII. Vbi Iudas debellauit Gentes, volentes [al. venientes] perdere Israhel. & de Timotheo.

XIV. Vbi Simon expugnauit Gentes, missus à Iuda fratre suo.

XV. Vbi Iudas & fratres eius expugnauit [al. expugnauerunt] castra Timothei: & cœpit ciuitates munitas & ciuitatem Ephron.

XVI. Vbi Iosephus & Azarias voluerunt expugnare gentes, & victi sunt. & vbi Iudas expugnauit filios Esau.

XVII. De morte Antiochi, & successione filij ipsius.

XVIII. Vbi filius Antiochi mittit exercitum ad debellandum Iudam; & vincitur: & pacem dat fictè; quam continuò disrumpit.

XIX. Vbi Demetrius, occiso Antiocho & Lisia, obtinuit regnum. & de Alcimo & Bacchide & malitia eorum.

XX. Vbi secundò misit Demetrius Nicanorem ad debellandum Iudam.

XXI. Vbi orauit Iudas Dominum: & vicit Nicanorem; & occidit eum.

XXII. De Romanorum fama, quòd omnia regna sibi subiecerint.

XXIII. Vbi Iudas mittit Legatos Romam coniurationis gratia.

XXIV. [c] Rescripta Romanorũ ad Iudæos; & vt Demetrius Iudæis non aduersetur.

XXV. Vbi Demetrius mittit exercitũ ad Iudæos debellandos.

XXVI. Vbi Iudas mortuus est in bello, postquam extinxit partem Bachidis.

XXVII. De viris impijs in [al. & de] malitia Bacchidis post obitum Iudæ.

XXVIII. Vbi Ionathas suscepit principatum: & expugnauit filios Iambri & Bacchidem.

XXIX. Vbi Alchimus volens Templũ destruere, obmutuit. & de consilio impiorum prodito.

XXX. Vbi superatus est Bacchides à Simone & Ionatha: & reddidit ei Ionathas captiuitatem; & pacem firmauit.

XXXI. Vbi Alexander Antiochi filius suscepit regnũ: [d] & voluit cũ eo pugnare Demetrius; & Ionathan præuenit ad amicitias faciendas.

XXXII. Vbi Ionathas tenuit Ierusalem; & muniuit eam.

XXXIII. Vbi Rex Alexander petit auxilium Ionathæ aduersùs Demetrium.

XXXIV. Vbi Demetrius petit auxilium Iona-

a. al. add. & Prophetis. b. al. purificauit. c. al. De scripto. d. al. & vult pugnare cum Demetrio; & Ionathan præuenit ad amicitias faciendas Demetrius.

Ionathæ contra Alexandrum; & contemnitur.

XXXV. Vbi Alexander in pugna occidit Demetrium; & accepit filiam Ptolomæi Regis vxorem. & de gloria Ionathæ.

XXXVI. Vbi Demetrius filius Demetrij accepit regnum: & missum ab eo Apollonium & pugnauit Ionathas.

XXXVII. Vbi Ionathas venit Ascalonã cum gloria: & mittit ei Alexander fibulam auream.

XXXVIII. Vbi Ptolomæus rex surrexit cõtra Alexandrum; & ablatam ab eo filiam suam dedit Demetrio: [e] & quòd duo regna habuerit.

XXXIX. Vbi occiditur Alexander Rex ab Gaddiel Arabe. & de morte Ptolomæi Regis.

XL. Vbi Demetrius regnans [f] confirmat fœdus cum Ionatha: & quietis omnibus, dimisit exercitum Demetrius.

XLI. Vbi Trifon erigit Regem Antiochum filium Alexandri aduersùs Demetrium: & auxilio Iudæorũ saluatur Demetrius; & perfidus existit.

XLII. Vbi victus est Demetrius à Triphone & Antiocho.

XLIII. De amicitijs Antiochi cum Ionatha & Simone.

XLIV. Vbi Ionathas pugnauit cũ alienigenis; & recuperata virtute, expugnauit eos.

XLV. Vbi Ionathas Legatos mittit Romanis & Spartiatis de renouatione amicitiæ & pacis.

XLVI. Vbi Principes Demetrij cum exercitu fugat Ionatha: & percussit Arabas, qui vocantur Zabadæi [al. Zabedæi.]

XLVII. Vbi Trifon assumere volens regnum Antiochi, ac dolo agit cum Ionatha: & apud Ptolomaidam conclusus est.

XLVIII. Vbi Simonem loco fratrũ eius, exercitus ducem constituit. & de morte Ionathæ.

XLIX. Vbi Trifon occidit Antiochum; & regnauit pro eo.

L. Vbi Demetrius constituit pacem cum Simone; & tributa dimisit.

LI. Vbi Simon expugnans Gazam, exoratus dextras dedit; & filium suum constituit ducem.

LII. Vbi congregauit Rex Demetrius exercitus suos; & abijt Mediam ad contrahenda sibi auxilia, vt expugnaret Trifonem. & misit Arsaces Rex Persidis & Mediæ principem suum; & viuum comprehendit Demetriũ; & posuit eum in custodia.

LIII. Vbi captus Demetrius est à Rege Persidis, & habitus in custodia. & de sublimitate & potentia Simonis, & quiete terræ.

LIV. Rescripta [g] pacis ad Simonem ab Spartiatis.

LV. Vbi populus Iudæorum titulos gloriæ Symoni duci suo statuerunt tabulis æneis.

LVI. Vbi Antiochus Demetrij filius accepit regnum paternum: & coniuratus Simoni, persecutus est Trifonem; & fugauit.

LVII. [h] Rescripta Romanorum pacis cũ Simone constitutæ. ad Ptolomæum regem & cæteros.

LVIII. Vbi Antiochus Demetrij rupta pace, mittit Cendebeum ad debellandam Iudæam: & ipse persequitur Trifonem.

LIX. Vbi Simõ mittit duos filios suos ad Cendebæum ducem Ptolomæi expugnandum.

LX. Vbi filij Simonis vicerunt Cendebeum: & Iudas filius Simonis vulneratus est.

LXI. Vbi Ptolomæus filius Abobi occidit Simonem cum filijs suis in conuiuio: & Iohannes filius Simonis occidit eos qui venerant perdere eum.

(*) *Expliciunt Capitula Libri Machabæorum.*

Aa Inci-

e. al. eo quòd. f. al. firmat. g. al. de scripto. h. al. De scripta pace Romanorum cum Simone constituta. * al. Explicuerunt.

Incipit Liber Machabæorum Primus.

ET factum est postquam percussit Alexander Philippi Macedo (qui primus regnauit in Græcia, egressus de terra Cethim) Darium Regem Persarum.

I. c.1.℣.43.

Et scripsit Rex Antiochus omni regno suo, vt esset omnis populus vnus.

II. c.1.℣.57.

Die quintadecima mẽsis Casleu, quinto & quadragesimo ãno ædificauit Rex Antiochus.

III. c.2.℣.1.

In diebus illis surrexit Mathathias filius Iohannis, filij Simeonis, Sacerdos.

IV. c.2.℣.15.

Et venerunt illuc qui missi erant à Rege Antiocho, vt cogerent eos qui confugerant.

V. c.2.℣.29.

Tunc descenderũt multi quærentes iudiciũ & iustitiã in desertũ, vt sederent ibi ipsi.

VI. c.2.℣.40.

Et dixit vir proximo suo. Si omnes fecerimus, sicut fratres nostri fecerunt.

VII. c.2.℣.49.

Et adpropinquauerũt dies Mathathiæ moriendi; & dixit filijs suis. Nunc cõfortata est.

VIII. c.3.℣.1.

Et surrexit Iudas, qui vocabatur Machabæus filius eius, pro eo.

IX. c.3.℣.10.

Et congregauit Apollonius gentes, & à Samaria virtutem multam & magnam.

X. c.3.℣.27.

Vt audiuit autem Antiochus Rex sermones istos, iratus est animo; & misit & congr.

XI. c.4.℣.28.

Et sequenti anno congregauit electorũ virorũ sexaginta millia, & equitum quinq. mil.

XII. c.4.℣.41.

Tunc ordinauit Iudas viros vt pugnarẽt aduersùs eos qui erãt in arce, donec emund.

XIII. c.5.℣.1.

Et factum est, vt audierunt Gentes in circuitu, quia ædificatum est altare.

XIV. c.5.℣.17.

Dixitq; Iudas Simoni fratri suo. Elige tibi viros; & vade libera fratres tuos in Galilæa.

XV. c.5.℣.24.

Et Iudas Machabæus & Ionathas & fratres eius transierunt Iordanem.

XVI. c.5.℣.55.

Et in diebus illis, quibus erat Iudas & Ionathas in terra Galaad, & Simõ frater eius.

XVII. c.6.℣.1.

Et Rex Antiochus perambulauit super iores regiones: & audiuit esse ciuit. Elymaidẽ.

XVIII. c.6.℣.28.

Et iratus est Rex vt audiuit; & cõuocauit omnes amicos suos & principes exercitus.

XIX. c.7.℣.1.

Anno centesimo quinquagesimo & primo, exijt Demetrius Seleuci filius ab vrbe Rõ.

XX. c.7.℣.27.

Et venit Nicanor in Hierusalẽ cũ exercitu magno; & misit ad Iudam & ad fratres eius.

XXI. c.7.℣.40.

Et orauit Iudas, & dixit.

Qui missi erant à Rege Sennacherib, Domine, qui blasphemauerunt te.

XXII. c.8.℣.1.

Et audiuit Iudas nomen Romanorũ, quia sunt potentes viribus, & adquiescunt ad om.

XXIII. c.8.℣.17.

Et elegit Iudas Eupolemũ filium Iohãnis, filij Iacob, & Iasonem filium Eleazari.

XXIV. c.8.℣.23.

Benè sit Romanis & genti Iudæorum in mari & in terra in æternum.

XXV. c.9.℣.1.

Interea vbi audiuit Demetrius, quia cecidit Nicanor & exercitus eius.

XXVI. c.9.℣.11.

Et mouit exercitus de castris; & steterunt illis obuiã: & diuisi sunt equites in duas par.

XXVII. c.9.℣.23.

Et factum est, post obitũ Iudæ emerserũt iniqui in omnibus finibus Israhel.

XXVIII. c.9.℣.31.

Et suscepit Ionathas tempore illo principatum: & surrexit loco Iudæ fratris sui.

XXIX. c.9.℣.54.

Et anno centesimo quinquagesimo tertio, mense secundo, præcepit Alchymus destrui.

XXX. c.9.℣.65.

Et reliquit Ionathas Simonẽ fratrẽ suũ in ciuitate: & exijt in regionem.

XXXI. c.10.℣.1.

Et anno cẽtesimo sexagesimo ascẽdit Alexander Antiochi filius, qui cognominatus.

XXXII. c.10.℣.7.

Et venit Ionathas in Hierusalem; & legit epistolas in auditu omnis populi.

Et an-

XXXIII. c.10.℣.15.
Et audiuit Alexander Rex promissa, quæ promisit Demetrius Ionathæ.
XXXIV. c.10.℣.22.
Et audiuit Demetrius verba ista; & cõtristatus est nimis: & ait. Quid hoc facimus?
XXXV. c.10. ℣.48.
Et cõgregauit Rex Alexander exercitum magnum; & admouit castra ad Demetrium.
XXXVI. c.10.67.
In anno centesimo sexagesimo quinto venit Demetrius filius Demetrij à Creta.
XXXVII. c.10.℣.86
Et mouit inde Ionathas castra & adplicuit ea Ascalona: & exierunt de ciuitate.
XXXVIII. c.11.℣.1.
Et Rex Aegypti congregauit exercitum sicut arena quæ est circa oram maris.
XXXIX. c.11.℣.14.
Ptolomæus autẽ Rex erat in Cilicia illis temporibus; quia rebellabant qui erant.
XL. c.11.℣.20.
In diebus illis congregauit Ionathas eos qui erant in Iudæa, vt expugnarent arcem.
XLI. c.11.℣.39.
Trifon autem erat quidam partium Alexãdri priùs:& vidit quoniã omnis exercitus.
XLII. c.11.℣.54.
Post hæc autẽ reuersus est Trifon, & Antiochus cum eo puer adolescens:& regnauit.
XLIII. c.11.℣.57.
Et scripsit Antiochus adolescens Ionathæ, dicens. Constituo tibi Sacerdotium.
XLIV. c.11.℣.63.
Et audiuit Ionathas, quia præuaricati sũt Principes Demetrij in Cades, quæ est in Gal.
XLV. c.12.℣.1.
Et vidit Ionathas quia tempus eum iuuat; elegit viros: & misit Romam statuere.
XLVI. c.12.℣.24.
Et audiuit Ionathas quoniam egressi sunt Principes Demetrij cum exercitu multo.
XLVII. c.12.℣.39.
Et cùm cogitasset Trifon regnare Asiæ, & adsumere diadema, & extendere manum.
XLVIII. c.13 ℣.1.
Et audiuit Simon quòd cõgregauit Trifon exercitũ copiosũ, vt veniret in terrã Iuda.
XLIX. c.13.℣.31.
Trifon autem cùm iter faceret cum Antiocho Rege adolescente, dolo occidit eum.
L. c.13.℣.36.
Rex Demetrius Simoni Summo Sacerdoti & amico regum,& Senioribus & genti Iud.
LI. c.13.℣.43.
In illis diebus Simon adplicuit ad Gazã; & circũdedit eam castris: & fecit machinas.
LII. c.14.℣.1.
Anno centesimo septuagesimo secundo cõgregauit Rex Demetrius exercitum suum.
LIII. c.14.℣.4.
Et siluit terra Iuda omnibus diebus Simonis; & quæsiuit bona genti suæ.
LIV. c.14.℣.16.
Et auditum est Romæ, quia defunctus esset Ionathas, & vsq; in Spartam; contristati.
LV. c.14 ℣.24.
Post hæc autẽ misit Simon Numeniũ Romã, habentẽ clypeũ aureũ magnum pondo.
c.14. ℣.36.
Et in diebus eius prosperatũ est in manibus eius, vt tollerentur gentes de regione.
LVI. c.15.℣.1.
Et misit Rex Antiochus filius Demetrij epistolas ab insulis maris Simoni Sacerdoti.
c.15 ℣.10.
Anno cẽtesimo septuagesimo quarto exije Antiochus in terram patrũ suorum. & conuenerunt ad eum omnes exercitus.
LVII. c.15.℣.15.
Venit autẽ Numenius, & qui cum eo fuerant ab Vrbe Roma, habentes epistolas reg.
LVIII. c.15.℣.25.
Antiochus autem Rex applicuit castra in Doram secũdò, admouens ei semper manus.
LIX. c.16.℣.1.
Et ascẽdit Ioannes de Gazaris; & nuntiauit Simoni patri suo quæ fecit Cendebæus.
LX. c.16.℣.6.
Et admouit castra contra faciẽ eorũ ipse & populus eius; & vidit populũ trepidantẽ.
LXI. c.16.℣.11.
Et Ptolomæus filius Abobi cõstitutus erat dux in campo Hierico: & habebat argẽtum.

(*) *Explicit Liber Primus Machabæorum.*

Vers. II. CCC.

[*hoc est*, 2300.]

[*Codd. Orat. B.vj. B.vij. Vat.4221. & S.Pauli.*]

* al. Explicuit.

De Ti-

a. al. populi. b. al. expoliare. c. al. persecutores. d. al. vicit. e. al. Persopoli.

(g) Expliciunt Capitula Libri Secundi Machabæorum. g

Incipit Liber Machabæorum Secundus.

FRatribus qui sunt per Aegyptum Iudæis, salutē dicunt fratres qui sunt in Hierosolymis Iudæi & qui in regione Iudæa.

I. c.1. ℣. 10.

Anno cētesimo octogesimo octauo populus qui est Hierosolymis & in Iudæa.

II. c. 1.℣.18.

Facturi igitur quinta & vigesima die mēsis Casleu purificationem Templi.

III. c.1. ℣.24.

Domine Deus, omnium creator, terribilis & fortis, iustus & misericors.

IV. c.2. ℣.1.

Inuenitur autem in descriptionibus Hieremiæ Prophetæ, quòd iussit accipere ignē.

V. c. 3. ℣. 1.

Igitur cū sancta ciuitas habitaretur in omni pace; leges etiam adhuc optimè custod.

VI. c. 3. ℣.13.

At ille pro his quæ habebat in mādatis à Rege, dicebat ōni genere Regi ea deferēda.

VII. c.3. ℣.23.

Heliodorus autem quod decreuerat perficiebat eodem loco ipse cū satellitibus suis.

VIII. c. 3. ℣.31.

Tū verò ex amicis Heliodori quidā rogabāt cōfestim Oniā, vt inuocaret Altissimū.

IX. c.4.℣.1.

Simon autem prædictus pecuniarū & patriæ

f. al. accusauit. g. al. Expliciuerunt.

trix delator, malè loquebatur de Onia.

X. c.4.℣.7.

Sed post Seleuci vitæ excessum, cũ suscepisset regnũ Antiochus qui Nobilis appell.

c.4.℣.13.

Erat autem hoc non initiũ, sed incremẽtũ quoddã & profectus Gentilis & alienigenæ.

XI. c.4.℣.18.

Cùm autẽ quinquennalis agon Tyro celebraretur, & Rex præsens esset; misit Iason.

XII. c.4.℣.23.

Et post triennij tempus misit Iason Menelaum supradicti Simonis fratrem.

XIII. c.4.℣.30.

Et cùm hæc agerentur, contigit Tharsenses & Mallotas seditionem mouere, eo quòd.

XIV. c.4.℣.36.

Sed regresũ Regẽ de Ciliciæ locis, adierunt Iudæi apud Antiochiã simul & Græci.

XV. c.4.℣.39.

Multis autem sacrilegijs in Tẽplo à Lysimacho commissis Menelai consilio.

XVI. c.5.℣.1.

Eodem tempore Antiochus secundam profectionem parauit in Aegyptum.

XVII. c.5.℣.11.

His ita gestis, suspicatus est Rex societatẽ deserturos Iudæos: & ob hoc profectus.

XVIII. c.5.℣.21.

Igitur Antiochus mille octingẽtis ablatis de Tẽplo talẽtis, velociter Antiochiã regress.

XIX. c.5.℣.27.

Iudas autẽ Machabæus qui decimus fuerat, secesserat in desertũ locũ: ibiq; inter feras.

XX. c.6.℣.1.

Sed non post multum temporis misit Rex senẽ quẽdam Antiochenũ, qui compelleret.

c.6.℣.12.

Obsecro autem eos qui hunc librũ lecturi sunt, ne abhorrescãt propter aduersos casus.

XXI. c.6.℣.18.

Igitur Eleazarus vnus de primoribus Scribarũ, vir ætate prouectus & vultu decorus.

c.7.℣.1.

Contingit autem & septẽ fratres cũ matre adprehensos, cõpelli à Rege contra fas.

Mortuo itaque illo primo hoc modo.

Post hunc tertius inludebatur.

Et hoc ita defuncto, quartum similiter vexabant torquentes.

Et cùm amouissent quintũ, vexabant eũ.

Post hunc ducebant & sextum: & is mori.

Supra modum autem mater mirabilis.

Cùm hæc illa adhuc diceret, ait adolescens. Quem sustinetis? non obedio præc.

XXII. c.8.℣.1.

Iudas verò Machabæus & qui eum illo erant, introibant latenter in castella.

XXIII. c.8.℣.16.

Conuocatis autẽ Machabæus septẽ millibus qui cum ipso erant, rogabat ne hostibus.

XXIV. c.8.℣.29.

His ita gestis, & cõmuniter ab omnibus facta obsecratione, misericordem Dominũ.

XXV. c.9.℣.1.

Eodem tempore Antiochus inhonestè reuertebatur de Perside.

XXVI. c.9.℣.5.

Sed qui vniuersa conspicit Dñs, Deus Isr. percussit eum insanabili & inuisibili plaga.

XXVII. c.9.℣.11.

Hinc igitur cœpit ex graui superbia deductus, ad agnitionem sui venire.

XXVIII. c.9.℣.28.

Igitur homicida & blasphemus pessimè percussus; & vt ipse alios tractauerat.

XXIX. c.10.℣.1.

Machabæus autem & qui cum illo erant, Domino se protegente, Templum quidem.

XXX. c.10.℣.9.

Et Antiochi quidem qui appellatus est Nobilis, vitæ excessus ita se habuit.

XXXI. c.10.℣.14.

Gorgias autem cùm esset dux locorum, assumptis aduenis frequenter Iudæos debel.

XXXII. c.10.℣.24.

Timotheus qui priùs à Iudæis fuerat superatus, conuocato exercitu.

XXXIII. c.10.℣.35.

Sed cùm dies quinta inlucesceret, viginti iuuenes ex his qui cum Machabæo erant.

XXXIV. c.11.℣.1.

Sed paruo post tempore Lysias procurator Regis & propinquus, ac negotiatorum.

XXXV. c.11.℣.15.

Annuit autem Machabæus precibus Lysiæ, in omnibus vtilitati consulens.

XXXVI. c.11.℣.38.

Anno centesimo quadragesimo octauo, quintadecima die mensis Xandaci, his factis pactionibus Lysias pergebat ad regem.

[in al. verò incipit.] c.12.℣.3.

Ioppitæ verò tale quoddam flagitiũ perpetrarunt, Rogauerunt Iudæos.

XXXVII. c.12.℣.10.

Inde ne abijssent nouẽ stadijs, & iter facerent

rent ad Timotheū; cōmiserūt cū eo Arabes.

XXXVIII. c.12.℣.20.

At Machabæus ordinatis circum se sex millibus, & constitutis per cohortes.

XXXIX. c.12.℣.26.

Iudas autem egressus est à Carnio interfectis viginti quinque millibus.

XL. c.12.℣.32.

Et post Pentecosten abierunt contra Gorgiam Præpositum Idumeæ.

XLI. c.12.℣.38.

Iudas autē collecto exercitu venit in ciuitatē Odollā; & cū septima dies superueniret.

XLII. c.12.℣.42.

At verò fortissimus Iudas hortabatur populum conseruare se sine peccato.

XLIII. c.13.℣.1.

Anno centesimo quadragesimo nono, cognouit Iudas Antiochum Eupatorem.

XLIV. c.13.℣.9.

Sed Rex mente efferatus veniebat nequiorem se Iudæis ostensurum.

XLV. c.13.℣.22.

Iterum Rex sermonem habuit ad eos qui erant in Bethsuris: dextrā dedit, & accepit.

XLVI. c.14.℣.1.

Sed post triennij tēpus cognouit Iudas & qui cum eo erant, Demetrium Seleuci.

XLVII. c.14.℣.12.

Qui statim Nicanorem præpositum elephantorum, ducem misit Iudæam.

XLVIII. c.14.℣.18.

Nicanor tamen audiens virtutem comitū Iudæ & animi magnitudinē, quā pro patriæ.

XLIX. c.14.℣.26.

Alchimus autē vidēs charitatē illorum ad inuicē & conuentiones, venit ad Demetriū.

L. c.14.℣.30.

At Machabæus vidēs austeriùs secū agere Nicanorem, & consuetū occursum ferociùs.

LI. c.14.℣.32.

Quibus cum iuramento dicentibus, nescire se vbi esset qui quærebatur, extēdēs manū.

LII. c.14.℣.37.

Razias autē quidā de senioribus ab Hierosolymis delatus est Nicanoro, vir amator.

LIII. c.15.℣.1.

Nicanor autem vt comperit Iudam esse in locis Samariæ; cogitauit die Sabbathi.

LIV. c.15.℣.17.

Exhortati itaque Iudæ sermonibus bonis valde, de quibus extolli posset impetus.

LV. c.15.℣.30.

Præcepit autem Iudas, qui per omnia corpore & animo mori pro ciuibus paratus erat.

Explicit Machabæorum
Liber Secundus.

Vers. habet Ī. DCCC.
[al.] Ī. DCCCC.

[*hoc est*, 1800. al. 1900.]

Non abs re videtur, post maiores huc-usque exhibitas Capitulorum distinctiones, minorum item specimen aliquod hic afferre distinctionum, Commatum scilicet & Colorum, quæ per singulos separatim versus scribebantur antiquitùs. Quare ex Codice maioribus litteris scripto Bibliothecæ Reginæ Suetiæ, B. Pauli epistolas continente (qui olim ad aliquam Ecclesiam Mediolanensis Ritus pertinuisse videtur) huiusmodi Commatum, Colorumque distinctiones, à me olim in excusum Codicem translatas, erudito Lectori ex parte saltem repræsento.

Paulus seruus Iesu Christi vocatus Apostolus

Segregatus in Euangelium Dei

Quod antè promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis

De Filio suo qui factus est ei ex semine Dauid secundùm carnem

Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute

Secundùm spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorū Iesu Christi Dn̄i nr̄i

Per quem accepimus gratiam & Apostolatum ad obediendum fidei

In omnibus Gentibus pro nomine eius

In quibus estis & vos vocati Iesu Christi omnibus qui sunt Romæ dilectis Dei vocatis sanctis

Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro & Domino Iesu Christo

Primùm quidem gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis.

Quia fides vestra annuntiatur in vniuerso mundo

Testis enim mihi est Deus cui seruio in spiritu meo in Euangelio Filij eius

Quòd sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis

Obsecrans si quomodo tandē aliquando

Prospe-

Prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos
Desidero enim videre vos
Vt aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis ad confirmandos vos
Id est simul consolari in vobis per eam quæ inuicem est, fidem vestram atque meam
Nolo autem vos ignorare fratres
Quia sæpè proposui venire ad vos & prohibitus sum vsque adhuc
Vt aliquem fructum habeam & in vobis sicut & in ceteris gentibus,
Græcis ac Barbaris
Sapientibus & insipientibus debitor sum.
Ita quod in me promptum est & vobis qui Romæ estis euangelizare
Non enim erubesco Euangelium
Virtus enim Dei est in salutẽ omni credẽti
Iudæo primum & Græco
Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem
Sicut scriptum est
Iustus autem ex fide viuit
Reuelatur enim ira Dei de cælo super omnem impietatẽ & iniustitiam hominum
Eorũ qui veritatẽ Dei in iniustitia detinẽt
Quia quod notum est Dei manifestum est in illis
Deus enim illis manifestauit
Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta cõspiciuntur
Sempiterna quoque eius virtus & diuinitas ita vt sint inexcusabiles
Quia cùm cognouissent Deum non sicut Deum glorificauerunt
Aut gratias egerunt
Sed euanuerunt in cogitationibus suis
Et obscuratum est insipiens cor eorum
Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt
Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis
Et volucrũ & quadrupedũ & serpentium
Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum in immunditiam
Vt contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis
Qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium
Et coluerunt & seruierunt creaturæ potiùs quàm Creatori
Qui est benedictus in secula Amen
Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ
Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem vsum in eum vsum qui est contra naturam
Similiter autem & masculi
Relicto naturali vsu fœminæ exarserunt in desiderijs suis
In inuicem masculi in masculos turpitudinem operantes
Et mercedem quam oportuit erroris sui in semetipsis recipientes
Et sicut non probauerunt Deum habere in notitia
Tradidit illos Deus in reprobum sensum vt faciant ea quæ non conueniunt
Repletos omni iniquitate
Malitia
Fornicatione
Auaritia
Nequitia
Plenos inuidia
Homicidio
Contentione
Dolo malignitate
Susurrones
Detractores
Deo odibiles
Contumeliosos
Superbos
Elatos
Inuentores malorum
Parentibus non obedientes
Insipientes
Incompositos
Sine affectione
Absque fœdere
Sine misericordia
Qui cùm iustitiam Dei cognouissent non intellexerunt
Quoniam qui talia agunt digni sunt morte
Et non solùm qui ea faciunt
Sed etiam qui consentiunt facientibus

EXPLICIT. DEO. GRATIAS